Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Chronologia Historiae Herodoti, & Thucydidis

https://hdl.handle.net/1874/456668

## Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

## This book is part of the Van Buchell Collection

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

CHYTRAEI

Chronol. Hist. [illegible]

Item de Lectione Historiarum

[illegible]

[illegible]

[illegible] du Bellai [illegible]

W [illegible]

W oct.
127
U.B.U.

Chronologia

88

MLM



W
127

127.

Litterae Graecae

Octavo nº. 127.

N. 80 C.

# Chronologia HISTORIAE Herodoti, & Thucydidis.

DAVID CHYTRÆVS.

ARGENTORATI EXCVdebat Chriſtianus Mylius

M. D. LXIII.

ACADEMIA RHENO TRAIECTINA

# Generoſo, & illuſtri Domino, D. Georgio Gera, Oſtgottho, *Baroni in Olne, Domino ſuo, & patrono reuerenter colendo, DAVID CHYTRÆVS S. D.*

CVm Inclyta Gens Gotthorum, à Deo ipſo, & à bonitate, ac beneficentia, qua proximè ad Dei cognationem, & ſimilitudinem homines accedunt, nomen illuſtre, ac diuinum adepta ſit: plurimisq́ꝫ illuſtribus beneficijs erga Eccleſiam Dei, & bonas literas, earumq́ꝫ ſtudioſos, ſe nomini ſuo honeſtiſsimo reſpondere, etiam hac noſtra ætate declaret: ardentibus votis, & toto pectore opto, vt inclytum Gotthiæ, ac Sueciæ Regnum perpetuò, Gotthia, ſeu Dei domicilium, & veræ de Deo doctrinæ, & omnis bonitatis, ac virtutis, & beneficentiæ ſedes maneat, & vmbra manus diuinę aduerſus omnium hoſtium inſidias, & violentiam protegatur.

Ego quidem, tum multis alijs in clariſsima

riſsima gente Gotthorum natis, viris optimis, & mihi amiciſsimis, tum veſtræ inprimis Excellentiæ, pro perpetua & ſincera erga me beneuolentia, & fide, & beneficijs etiam ac muneribus ampliſsimis, viciſsim me omnia obſeruātiæ & animi grati officia debere, tota mente & voce profiteor. Ideoq; vt exiguo quidem ac tenui, aliquo tamē qualicunq; teſtimonio, oſtenderem, me grata & memori mente, beneficia veſtra cōſeruare: inſcripſi Excellentię veſtrę nomini clariſsimo, hunc exilem libellum, quo duorū Hiſtoriæ Principum, Herodoti & Thucydidis Chronologiam complexus ſum. Ac plane confido, Excellentiam veſtrā, pro ſingulari & Heroica bonitate, & ſapiētia ſua, tenuem hunc, ſed ex animo Excell. V. ſtudioſiſsimo profectum referendæ gratiæ conatum, non improbare.

Scio Excell. veſtram, in hoc Reipublicę faſtigio, Hiſtorias ſapienter ſcriptas, magno & graui iudicio amare & ſtudioſe legere, non voluptatis tantū & oblectatio-

nis cauſa,quę ex variarum rerum & euen
tuum cognitione hauritur: Verum vt ex
ſacris Hiſtorijs,doctrinam de Deo & do-
mino noſtro Ieſu Chriſto,& ęterna ſalute
noſtra, & omnium vitæ conſiliorum, &
actionum normã,& irę ac gratiæ diuinæ,
& omnium virtutũ Deo placentium ex-
empla petat:In cęteris vero Hiſtoricis,cõ
ſilia gubernationis Reipublicæ trãquillæ
& felicis; & econtrà cauſas mutationũ &
calamitatum publicarum obſeruet: & in
aliorum illuſtrium gubernatorũ exempla
velut in ſpeculũ intuens,ex alienis nego-
cijs & periculis ac euentibus documentũ
capiat, quid ſibi in adminiſtranda feliciter
Republica ſequendum ſit aut vitandum.

Herodoti vero lectio ac Thucydidis,
qui & antiquitate rerum ac regnorum,&
multitudine exemplorum ac deliberatio-
num ſapientiſsimarum,& eloquentia,om
nibus cæteris antecellunt: eam quoq; ob
cauſam ſine dubio gratior vobis eſt & iu-
cundior: Quia vterq; maiorum gentis
Gotthicæ mentionem honorificam facit.

Ac He-

Ac Herodotus, duarum virtutum, quæ in hac ciuili hominum ſocietate ſunt præcipuæ, laudem ampliſsimam Gotthis veteribus tribuit, cum nominat eos, δικαιοτάτους καὶ ἀνδρειοτάτους, Iuſtiſsimos & fortiſsimos: & addit, eos ἀθανατίζοντας à Græcis appellari, quia animos Hominũ ex hac vita diſcedentium immortales & ęternos eſſe ſentiant. Eo igitur maiori cura iuſticiam, & veritatem, beneficentiam, gratitudinem, ordinem in gubernatione, & cęteras virtutes, ex iuſtitia velut ex fonte emanantes coluerunt: quia poſt hanc vitam, iuſtis præmia, ſceleribus pœnas, diuinitus propoſitas eſſe, intellexerunt. Fortitudinis autem ſuæ veſtigia, non modo Germaniæ, Pannoniæ, Thraciæ, verumetiam Italiæ toti, & Gallijs, ac Hiſpanijs impreſſerunt. Ac in Hiſpania Gotthicorum Regum poſteri, etſi à Saracenis in anguſtias redacti erant, tamen vſq; ad patrum noſtrorum ætatem, & Ferdinandum Caroli V. auum maternum, regnarunt.

Nusquam vero alibi toto orbe terrarum, nomē Gothlandię, & diſtinctas regiones & nomina Oſtgotthiæ & Vueſtgotthiæ, ſeu Viſtgotthiæ (vt in Latinis Scriptoribus appellatur) extare ſcimus, niſi in ditione ampliſsimi Regni Suecorum. Et Iornandes, Ablauius, Dion, Procopius, Agathias & alij, ex quibus rerum Gotthicarum hiſtoria ſumitur, in hac arctoa mundi parte, primam & antiquiſsimam ſedem Gotthorum collocant.

Quare cum ex hac veſtra patria, maiores fortiſsimorū Principum, Alarici, qui Romam antea inuictam, & cunctis gentibus formidabilem primus cepit: Adaulphi, qui primus Regnum Gotthorum in Hiſpania conſtituit: Theodorici Veronenſis, qui totam Italiam & Germaniæ partem tenuit: Totilæ: Teiæ, & aliorum, ortos eſſe legitis: non dubito vos ſingulari lætitia & voluptate affici, & domeſticis maiorum exemplis ad virtutum admirationem & imitationem accendi.

Fuerunt adhuc in Germania tempore

Chriſti

Chriſti in his terris viuentis, finitimæ gentes, Sueui ſeu Suecones, & Getę ad Danubium vsq; pertinentes. Inde 50000. Getarũ, in Thraciã, ſub Tiberio Imp. traducta eſſe, Strabo refert: qui Duce Βοιρεβέστῳ, ſeu Vuarfeſto, Macedoniam & Illyricũ, & alias populi Romani prouincias occuparint. Sed 400. ante Chriſtum annis, iam ſedes ad Iſtri ripam, & litus ponti Euxini, tenuiſſe partem gentis Geticæ, ex Herodoti lib. 4. & Thucyd. 2 & Pauſanię Atticis perſpicuum eſt. Et linguam Dacorum & Getarum eãdem fuiſſe, vt nunc quoq; eadem eſt, Strabo lib. 7. confirmat.

Hæc antiquitatis patriæ, & maiorum veſtrorum monumenta, non dubito vobis in lectione Hiſtoriarũ cognitu iucundiſsima eſſe. Fit autem dulcior lectio, cum temporum & Hiſtoriarum ſeries aptè diſtributa eſt. Itaq; præſentem tabellam annorum & hiſtoriarum Herodoti, ac Thucydidis, & ſequentium etiam temporum vsq; ad Chriſti natalem: ſpero iunioribus non ingratam fore.

Filium DEI oro, vt te ac geminum fratrem tuum Carolū clementer ſeruet & regat. Ac vero pectore opto, vt vetuſtas Caſtorem & Pollucem geminos propter virtutem inter ſidera retulit: ita Te ac fratrem Carolum, de tota patria optime merentes, grata poſteritas perpetuis laudibus in hac vita & in omni æternitate celebret. Bene & feliciter Vale, Anno 1562. Die 25. Martij, qua Filius Dei dominus noſter Ieſus Chriſtus naturam humanam in aluo Mariæ virginis aſſumſit: & poſtea in cruce victima pro peccatis noſtris factus eſt, ante annos 1528. Qua ipſa die etiã primum Paſcha ab Iſraelitis ex Ægypto egreſſuris celebratum eſt, ante annos 3071. Et primi parẽtes noſtri Adam & Eua primum à Deo conditi eſſe ſcribuntur ante annos,

5524.

# SERIES SCRIPTORUM, QUI CONTINUAM Mundi hiſtoriam, à prima conditione, ad noſtra vſque tempora deduxerunt, videlicet, ad annum Chriſti 1560. Mundi verò 5522.

Propoſita à DAVIDE CHYTRÆO, cum inchoaret Lectionem Chronici Philippi.

| | | |
|---|---|---|
| *MOSes ſcripſit hiſtoriā à principio mundi, uſq; ad* | *Diluuiū, Gen. 5.7. ſunt aῆi 1656. Inde ad Abraham natū, Gen. 11. 292. Promiſsionem de Chriſto datā Abrahæ, Gen. 12. 75. Exitū ex Ægypto, & promulgatam Legem, Gal. 3. 430. Introitū in terrā Canaā Nū. 14. 40.* | *PRIMA MONARCHIA Aſsyriorum incipit anno 131. poſt Diluuium.*<br><br>*IOSEPHVS, res Iudaicas, ab initio Mundi, vſque ad poſtremum excidium Ieroſolymæ deſcripſit, videlicet annum Mundi 4035.* |

*MOSIS hiſtoria peruenit vſq; ad añum Mūdi* 2493.
*Liber IOSVA, et Iudicum, continet annos* 317.
*I. Regum continet hiſtoriam annorum* 80.
*II. Regum* 40.
*III. Regum* 117.
*IIII. Regum vſq; ad captiuitatem Babylonicam* 308.
*Anni captiuitatis, uſq; ad initium Monarchiæ Cyri* 70.
*Vſque ad annum Mundi* 3425.

*HERODOTVS paulò ante Cyrum incipit. Meminit Apryis, cuius mentio fit Ieremiæ 44. & Prælij inter Neco, & Aſſyrios, in quo Ioſias interfectus eſt, quod 4. Regum 23. narratur. Peruenit ad Annū Mundi* 3485. *qui fuit 8. Xerxis, & 50. ante bellum Peloponneſiacū.*

Beroſus *Originem & propagationes gentiū, & Seriem Regū Aßyriæ, et aliorum, à Diluuio ferè vſq; ad Ioſuæ tempora deduxit.*

Manethon *Beroſi Catalogū pertexit ferè vſque ad tempora Salomonis.*

*SECVNDA* MONARCHIA PERSARVM.

*CYRVS.*

Metaſthenes, *nudam ſeriē Regū Aßyriacorum, & Perſicorum recenſet.*

Plutarchus *maximè illuſtres*

*THV-*

THVCYDIDES, initio breuiter Hiſtoriam 50. annorum pertexit à Xerxis abitu, vſq; ad initium Belli Peloponneſiaci. Cuius belli Hiſtoriam poſtea prolixè octo libris deſcribit, & peruenit ad annum belli 20. qui eſt annus Mundi 3555.

XENOPHON in ἑλληνικοῖς pertexit hiſtoriam belli Græcorum, vſq; ad prælium ad Mantineam, quod factum eſt circa añum Mundi —— 3597. qui fuit vltimus Artaxerxis Mnemonis, cuius cum fratre Cyro bellum Xenophon in Ἀναβάσει deſcribit.

DIODORVS Siculus, 40. libris hiſtoriam vniuerſalem à Diluuio vſq; ad Iu-

& cognitione dignißimas hiſtorias Græcas, & Latinas, quæ tẽpore monarchiæ Perſicæ, & Græcæ vſq; ad Auguſtum contigerunt, in ſuis Vitis cõplexus eſt. Quare vnus multorum loco vtiliter legi poteſt.

Dionyſius Halicarnaſſęus, lib. 11. qui extãt, à capta Troia, vſq; ad annũ vrbis 312. Romanam Hiſtoriam deſcripſit.

TERTIA Monarchia Græcorum.

lium

*lium Cæſarem complexus eſt. Sed in libris 11. 12. & ſequentibus vſq; ad 20. à Bello Xerxis, vſq; ad ſucceſſores Alexandri Magni, & annū Mundi 3664. peruenit: Qui añus in 10. librum Liuij incidit.*

*LIVIVS contexuit integram hiſtoriam Romanam à cōdita vrbe. h. anno Mundi 3212. vſq; ad quartum annū ante Chriſtum natum, qui eſt Mundi* 3958.

*Etſi autem ex 140. libris Liuij extant tantum 35. tamen ſeries præcipuarum hiſtoriarum, ex Epitoma Flori, facile colligi poteſt.*

Alexander *Magnus, cuius res geſtas peculiaribus libris Arrianus, & Curtius, & alij expoſuerunt.*

Polybius *Hiſtoriam Bellorum Punicorum, & res Græcorum, quæ in tempus illud inciderunt, complexus eſt.*

Iuſtinus, *vniuerſalis hiſtoriæ Epitomen ex Pompeio Trogo collegit à Cyro vſq; ad Auguſti tempora.*

Appianus *Alexandrinus bella Romanorum ciuilia præcipuè, à Tiberio Graccho, vſq; ad interitum S. Pompeij, deſcripſit.*

*CHRI-*

CHRISTVS natus eſt anno Mundi 3962.

QVARTA MONARchia Romanorum.

A NATO CHRISTO

IVLIVS, AVGVSTVS.

Omnium Quartæ Monarchiæ Cæſarum, qui Romæ, Conſtantinopoli, & in Germania regnarunt, vitæ, & res geſtæ, in vnum Hiſtoriæ corpus redactæ: tum ex multis Scriptoribus alijs, tum verò ex Iohannis Cuſpiniani Cæſaribus, peti commodiſsimè poſſunt.

SCRIPTORES Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

ZONARAS etiam, Græcus ſcriptor, ex quo Cuſpinianus, & cæteri multa aſſumſerunt, omnium Romanorum Cæſarum, ac præcipuè Orientalium Vitas, & ſimul etiam Eccleſiæ hiſtoriam, Tomo 2. & 3. Annaliū, complexus eſt: vſq; ad

EVSEBIVS Hiſtoriam Eccleſiaſticam à nato Chriſto, vſque ad Conſtantini Magni tēpora, & annū Chriſti 320. contexuit.

Alexij

*Alexij Commeni mortem, et annum Chriſti* ———— 1120.

*Sed veteres Hiſtoriæ Cæſarum Romanorum, Scriptores Latini, ſunt*

*VELLEIVS* Paterculus, *qui Epitomē Hiſtoriæ Romanæ puriſsimo, & dulciſsimo orationis genere, vſq; ad Tiberij Imp. annum 16. expoſuit, qui eſt à nato Chriſto.* 32.

Cornelius Tacitus, *à Tiberij initio, vſq; ad Veſpaſianum peruenit, ad annum Chriſti* 72.

*SVETONIVS, Iulij Cæſaris, Auguſti, & decem ſequentium Impp. hiſtorias deſcripſit, vſq; ad annum Chriſti* 98.

*Inde DION, Capitolinus, Lampridius, Spartianus, ſequētium Imperatorum Vitas, vſq; ad Gordianos interfectos, pertexuerunt, videlicet ad annum Chriſti* ———— 246.

*Scriptores hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.*

Hiſtoria *Eccleſiaſtica TRIPARTITA ex tribus Scriptorib⁹, Theodoreto, Sozomeno, Socrate, coagmentata eſt à Caſſiodoro Theodorici Veronenſis Cancellario, & deducta vſq; ad annū Chriſti* 444.

*HE-*

*HERODIANVS quoque à morte M. Antonini Philoſophi, vſq; ad Gordianos peruenit.*

Trebellius Pollio, *& Flauius Vopiſcus, ſequentes Impp. vſq; ad initium Diocletiani attexunt.* 288.

Pomponius Lætus, *recens ſcriptor, compendium Hiſtoriæ Impp. Romanorum, à Gordianis, vſq; ad poſteros Heraclij deduxit, vſq; ad annum Chriſti* 650.

Eutropij *Epitome, vſque ad mortem Iouiniani peruenit* 368.

Ammianus Marcellinus *Libris* 18. *qui extant, hiſtoriam Cõſtantij, Iuliani, &c. vſq; ad Valentis mortem expoſuit, quæ incidit in annum Chriſti* 382.

Procopius, *bella à Iuſtiniano Imp. contra Perſas, Vandalos, & Gotthos geſta deſcripſit, vſq; ad annum Chriſti* 554.

Agathias *pertexit Procopij hiſtoriam, vſq; ad annum* 566.

Paulus Oroſius *ab initio Mũdi, vſq; ad Honorij Imperatoris tempora peruenit.*

Nicephorus *in Libris* 18. *qui ſoli extant, hiſtoriam Eccleſiaſticam à nato Chriſto, vſq; ad annũ Chriſti* 625. *deduxit.*

Iornan-

Iornandes *res Gotthicas vſq; ad Iuſtiniani tempora complexus eſt.*

Paulus Diaconus *Longobardorum Hiſtoriam vſq; ad Carolum Magnum reliquit* 800.

*Inde rerum Germanicarum Scriptores ſequuntur.*

Regino *Annales ſuos à nato Chriſto, vſque ad Ottonem I. deduxit, ad annum Chriſti* 968.

Otto Friſingenſis *vſq; ad Fridericum Barbaroſſam* 1150.

Abbas Vrſpergenſis *vſque ad Fridericum II.* 1230.

Cuſpinianus *vſq; ad Maximilianum Imp.*

Nauclerus *ab initio mundi, vſq; ad annum* 1500. *Chronica ſua contexuit.*

Sabellici Enneadas *Caſpar Hedio perduxit ad annum Chriſti* 1538.

Zonaras *etiam, Eccleſiæ Cōſtantinopolitanæ & controuerſiarum religionis in Orientalib⁹ Eccleſijs motarum hiſtoriam, ſingulorum Cæſarū Vitis intexit vſque ad annum CHRiſti* 1100.

Pau-

Paulus Iouius *Hiſtoriam vniuerſalem ſui temporis ſplendidè, & magnificè ſcripſit ab anno Chriſti* 1494. *vſq; ad* 1546.

*SLEIDANVS ſtatum Religionis, & Reipublicæ ſub Carolo V. expoſuit, vſq; ad annum Chriſti* 1556.

*Nulla autem eruditior extat, & vtilior Epitome Hiſtoriarum, res maximè illuſtres, & gubernationi Eccleſiæ & Reipublicæ magis neceſſarias, annotato Imperiorum & temporum ordine, complectens, quàm PHILIPPI Chronicon, quod Carionis titulo editum eſt. Quare in omnium ſtudioſorum manibus aſſiduè verſetur.*

# IN LECTIONEM HERODOTI.

*VVLT Deus legi à nobis præcipuos ſcriptores, qui maximarum rerum memoriam, & continuam Mundi hiſtoriam à prima conditione ad noſtra vſq; tempora deduxerunt. Ideo enim Deus ipſe primam hiſtoriã per Moyſen ſcripſit, & continuam annorum Mundi, & hiſtoriarũ ſeriem conſeruauit, vt rerum initia, primæ & veræ Religionis originem, & propagationem, ortus ſuperſtitionum, quæ poſtea in Mundum irrepſerũt, tẽpora æditæ ac repetitæ promiſſionis de Chriſto, collectæ, & inſtauratæ Eccleſiæ, aduentus Chriſti in carnem, & ad iudicium, & exempla iræ, & miſericordiæ Dei, quibus ad timorem Dei, & fidem incitemur, &c. conſiderare in Eccleſia poſſemus. Sunt autem anni à prima conditione Mundi vſq; ad noſtram ætatem 5522. De hoc toto ſpacio temporis, tantum 2400. annorum poſteriorum ſeries continua, in Ethnicis ſcriptorib. extat. Ac omnino ignota eſſent initia Mundi, & primorũ ferè 3000. annorum Hiſtoria, niſi immenſo beneficio Deus in ſola Eccleſia integram ſeriem an-*

*norum*

*norum 3425. ab initio Mundi, vſq; ad Cyrum in propheticis hiſtorijs cuſtodijſſet.*

*Has immediatè ſequitur Herodotus, qui cum aliquot hiſtorias cum Biblicis congruentes recitet, non modo lucem, multis in locis, hiſtoriæ ſacræ adfert: verumetiam autoritatem, & certitudinem totius doctrinæ in bonis mentibus confirmat. Facit mentionem prælij, in quo Ioſias à Nechao rege Ægypti interfectus eſt, 4. Reg. 23. Recitat hiſtoriam Apryis Regis Ægyptij, quem tanta ſuperbia inflatum fuiſſe ſcribit, vt dixerit, adeò firmum eſſe Regnum ſuum, vt à nemine Deorum aut hominum ſibi eripi poſſit. Huic Tyranno nominatim pœnas minatur Ieremias cap. 44. Herodotus autem expreſſe narrat eum paulò poſt à præfecto ſuo Amaſi ſtrangulatum eſſe.*

*Cyri victorias, & clementiam erga populum Iudaicum, in Babylone captiuum, prædixit Eſaias cap. 45. annis 200. ante Cyri Monarchiam. Et Ioſephus ſcribit, Cyrum, lecto illo Eſaiæ vaticinio de ſe nominatim edito, gentem Iudaicã benignius complexum eſſe. Cum igitur aliquoties in Biblijs, in Daniele, Esdra, & 2. Paralip. 36. Cyri mentio fiat: non dubium eſt, pias*

*mentes, magna cum voluptate, Cyri nati, expoſiti, & diuinitus ſeruati, & aliarum rerum ab ipſo geſtarum Hiſtoriam, in primo Herodoti libro dulciſſimè deſcriptam, cognituras eſſe. Eſt & illud teſtimonium antiquitatis doctrinæ Propheticæ, quod ſcribit, nomina Deorum, & ritus Sacrificiorum ab Ægyptijs, & literas, ac artes à Phœnicibus in Græciam allatas eſſe. Cum igitur Herodoti lectio ſacras Hiſtorias multis in locis illuſtret, vt inter enarrandum plures indicabo: grata nobis huius authoris cognitio eſſe debet.*

*Præſertim cum in eo ipſo momento ferè, vbi Biblia deſinunt, Herodotus ſuam hiſtoriam incipiat, & res Perſicæ Monarchiæ, cuius initia in Biblijs extant, vſq; ad bellum Xerxis deducat. Hunc immediatè ſequitur Thucydides, qui à Xerxis ex Græcia diſceſſu, vſq; ad 20. annũ belli Peloponneſiaci, circiter 70. annorum Hiſtoriã complectitur. Vbi deſinit Thucydides, Xenophon* ἑλληνικὰ *incohoat, & 40. annorum res in Græcia geſtas contexit. Poſtea Diodorus Siculus res Macedonicas Philippi, & Alexandri Magni & ſucceſſorum in Græca Monarchia collegit. Liuius verò Romanam hiſtoriam vſq; ad quartũ*

*annum*

*annum ante Chriſti natalem deſcripſit. Inde alij, qui Liuium ſecuti ſunt, Cæſares Romanos ad noſtra vſq; tempora deduxerunt. Ita ſingulari beneficio diuino continua Mundi hiſtoria inter homines conſeruata eſt.*

*Conſideretur autem & hæc vtilitas lectionis Hiſtoriarũ eximia, & ampliſſima, & maximum ad vitam benè regendam momentũ habẽs. Quod HISTORIA eſt gubernatrix vitæ, & Imperiorum, Sapientia legis diuinæ, exemplis inſignibus illuſtrata. Nam duæ res præcipuè omnia hominum ſanorum conſilia, & actiones regunt, videlicet Doctrina, ſeu Præcepta in verbo Dei, in Philoſophia, & legibus honeſtis propoſita. Deinde Exempla conſiliorum, & euentuum ac pœnarum, quæ ferè conſpectiora ſunt, & efficacius animos rudiorum mouent, quàm nuda præcepta.*

*Continet autem Herodotus plurima miranda exempla CONSILIORVM politicorũ, & cauſas mutationum, quæ ſunt nerui, & artus bonæ, & ſalutaris gubernationis. Quid enim ſplẽdidius, & ſapientius cogitari poteſt Deliberatione illa in libro ſeptimo, in qua, Bellũ Xerxis ad-*

 uerſus

*uerſus Græcos, Artabanus diſſuadet. Quid admirabilius eſt collatione* πολιτειῶν *in libro tertio, vbi ſeptem principes Electores in Perſia, mortuo Cambyſe, conſultant vtrum Democratiã vel Ariſtocratiam vel Monarchiã deinceps in conſtituenda Imperij forma debeant anteferre?*

*Deinde præcipua orbis terrarum Regna, Lydium, Medicum, Perſicũ, Ionicum, Ægyptum, & in Græcia Laconum, Athenienſium & Corinthiorum Reſpublicas deſcribit: Et regnorum ac Rerumpublicarum* MVTATIONES, *earumq́ue* CAVSAS, *magna cura & fide indicat.*

*Vagas libidines primam occaſionem bellis inter Græcos & Barbaros præbuiſſe in prima ſtatim pagina narrat. Et excidium regni Troiani ſcribit illuſtre teſtimonium eſſe, quod atrocia ſcelera atrocibus pœnis à Deo puniantur. Aſtyages immani crudelitate attrahit mutationem regni Medorum. Crœſus ſuperbia & ambitione euertit regnum Lydorum. Xerxes ſtulta ambitione & cupiditate vindictæ incitatus gerit infœlix bellũ in Græcia. Econtra Cyrus, Deioces, Darius, Miltiades, Themiſtocles, Pauſanias, virtute, prudentia, iuſtitia, fortitudine, clementia, feliciter Imperia &*

*ria & reſpublicas conſtituerunt, & potentiſſimos hoſtes vicerunt. Poſtremo plurima inſignium virtutum exempla, & ſcelerum pœnas recitat Herodotus, quarum conſideratio bonas mentes ad virtutis amorẽ & ſcelera omni ſtudio fugienda exuſcitat. Spartanos ait* τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ποιῆσαι ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων. *h. Deo magis obediuiſſe quàm hominibus. Et notæ ſunt dulciſſimæ narrationes, de pietate & fide, quam vxores Minyarum ſuis maritis præſtiterũt: de pœna Siſamnis iniuſti &* δωροφάγου *Iudicis, cui pellem Cambyſes detraxit: de interfectis in Macedonia Perſarum legatis impudicis: quæ libro quinto recitantur: In quo etiam generalẽ regulam ad regendos mores vtiliſſimam, tradit,* οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν οὐκ ἀποτίσει. *Merito itaque Hiſtoriã, Cicero, vitæ magiſtram nominauit.*

*Vt autem inter omnes Hiſtoricos, quorum extant monumẽta, primus eſt Herodotus, ita cæteros omnes Græcos & Latinos, & antiquitate rerum ac regnorum, & exemplorum multitudine, & eloquentia, vincit.*

*PRIMVS liber, Regni Lydij, Medici, & duorum potentiſſimorum Regum Cyri & Crœſi,*

*Præterea veteris Ioniæ, morum gentis Perſicæ, Babyloniæ, & belli contra Maſſagetas, in quo Cyrus perijt, Hiſtoriam continet. Initio etiam Reipublicæ Atticæ & Laconicæ meminit. SECVNDVS, deſcriptionem totius Ægypti, & Regũ Ægyptiorũ ſeriem recenſet. TERTIVS Hiſtoriam Cambyſis filij Cyri, & electionem Darij Hiſtaſpis, ordinem, prouinciarum Imperij Perſici, & receptam à Dario Babylonẽ, exponit. QVARTVS Scythiam totam, & infælix in ea Darij bellum, & conditam à Minyis Cyrenen in Aphrica, & gentes Libyæ prolixè deſcribit. QVINTVS initio quædam de gente Thracia, deinde de legatis Perſarum ab Amynta petentibus deditionem, pœnam Siſamnis iniuſti iudicis: Seditionem & exitum Ariſtagoræ Mileſij, & ſtatum ciuitatis Atticæ, Lacedæmoniorum, & Corinthiorũ, qualis tẽpore Darij Hyſtaſpis fuit, commemorat. In SEXTO pœnam Hiſtiæi ſeditioſi, & originem Regũ Laconicorũ indicat, & hiſtoriã belli à Dario aduerſus Græcos ſuſcepti, in quo Miltiades ad Marathonẽ Perſas profligauit. SEPTImus liber omniũ ſpendidiſſimus eſt, in quo ſapiẽtiſſima deliberatio de ſuſpiciendo bello, &*

*lo, & memorabilis illa expeditio Xerxis in Græciam, & prælium ad Thermopylas exponitur. OCTAVVS prælium ad Salaminē. NONVS pœnam Lycidæ, & prælium ad Platæas recitat, in quo Perſæ ex Græcia eiecti ſunt, anno mundi 3485. ante Chriſti natalem, anno 477.*

*Atq; hic finis eſt Herodoti, qui, vt Cicero ait, Hiſtoriæ pater eſt, & ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit. Tanta enim puritate, elegantia & ſuauitate orationis, res maximas expoſuit, vt nulla vox humana exiſtimetur dulcius eas narrare potuiſſe. Eā ob cauſam Muſæ à veteribus finguntur ore Herodoti locutæ eſſe. Et quidem Muſarum nomina libris Herodoti indita ſunt. De quo dignum memoria extat diſtichon vetus.*

Ηρόδοτος μούσας ὑπεδέξατο, τῷ δ᾽ ἄρ᾽ ἑκάστη
Ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν.

*Quare & propter rerum maximarum cognitionem, & ſapientiſſima vitæ præcepta, & propter Orationis natiuam & caſtiſſimam formam, huius autoris lectio ſuſcipienda eſt. Qua in re, vt ſtudia auditorum meo loco excitem & iuuem: Deo iuuāte interpretari libros Herodoti decreui. Nec dubito, quin ſtudioſæ mētes, vbi quatuor aut*

*quinq; paginas deguſtauerint, ſumma cum voluptate, & ardenti deſiderio totũ autorem deinceps cognituri ſint. Nec audiantur qui fabuloſum eſſe Scriptorem Herodotũ ineptè fingunt. Etſi enim quaſdam narrationes ab alijs ſumptas recitat fabulis non abſimiles: tamen totum hiſtoriæ corpus ſingulari fide, & diligenti veritatis ſtudio coagmentatum eſt. De alijs verò narrationibus, plerumq; præfatur ipſe, ſe eas, non quod veras eſſe exiſtimet, ſed vt ab alijs acceperit, recitare. Crebro etiam hæc verba repetit:* Ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα: πείθεσθαί γε μὴν οὐ παντάπασιν ὀφείλω: καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον. *Ego quæ fando cognoui, exponere narratione mea debeo omnia: Credere autem vera eſſe omnia, non debeo: Quod in tota hiſtoria meminiſſe Lectorem volo. Sed Defenſionem Herodoti accuratè compoſitam ſtudioſi legent præfixam Græcæ æditioni.*

*Vixit autem Herodotus, vt id quoq; obiter indicem, eodem tempore, quo Eſdras & Nehemias Rempublicam Iudaicam inſtaurarũt: Circa annum mundi 3540. annis ante natum Chriſtũ 420. circa initium belli Peloponneſiaci. Quo ipſo tempo-*

*tempore etiam, Euripides, & Sophocles, Græcæ ſapientiæ, & eloquentiæ lumina, Athenis floruerunt. Lectionem Herodoti ordiar, Deo iuuante, proxima die 4. Septembris.*

# DE SECVNDO LIBRO HERODOTI.

*REgula vitæ, ad diſciplinam & mores rectè gubernandos vtiliſſima, & iudicij diuini norma immota, eſt hæc ſententia, quæ in ſecundo Herodoti libro velut gemma enitet,* τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τοῦ θεοῦ: *Atrocia ſcelera atrocibus pœnis à Deo puniuntur. Cuius Regulæ exemplum illuſtre Herodotus eſſe dicit,* τὴν πανωλεθρίαν *regni Troiani, propter Paridis adulterium euerſi. Et omnium ferè in toto Mundo rerum geſtarum monumenta teſtantur hanc ſententiam velut commune omnium Hiſtoriarum argumentum eſſe.*

*Etſi autem multæ ſimiles commonefactiones & exempla pœnarum, ac iudicij diuini (quæ pars ſunt legis diuinæ, & norma vitæ noſtræ) paſſim*

*cæteris*

*cæteris narrationibus ab Herodoto inſpergũtur: tamen præcipuus SECVNDI LIBRI ſcopus & ſumma eſt, ÆGYPTI deſcriptio: cuius regionis primum fines ac metas conſtituit: deq́ oſtijs, exundatione, ac fontibus NILI prolixè diſſerit. Deinde Mores Ægyptiorum, & origines Religionum Ethnicarum, & ritus ſacrorum & numinum variorum exponit. Tandẽ REGVM Ægyptiacorũ ſeriem, ac hiſtorias, ordine vſq; ad Amaſin deducit, aduerſus quem Cambyſes Perſarum Rex bellum ſuſcepit.*

*Nobis verò in Eccleſia Dei, lectio huius Partis Herodoti eã ob cauſam gratior eſſe debet, quia vix alibi in vllo ſcriptore Ethnico, plures narrationes, cum ſacra ſcriptura, & Propheticis hiſtorijs congruentes, recitantur. Qui conſenſus ſacræ & Ethnicæ hiſtoriæ, non modo delectationem mirificam bonis mentibus adfert: verumetiam ad certitudinem aſſenſionis, et fidem Propheticæ hiſtoriæ confirmandam, plurimum prodeſt.*

*2. Paral. 35. & 4. Reg. 23. Neco Ægypti Rex ſcribitur cõflixiſſe cum Ioſia Rege Iuda. Huius Neco & belli in Syria ab eo geſti mentionem in hoc libro facit Herodotus.*

*Iere-*

Ieremias cap. 44. pœnam minatur Apryi Regi Ægypti, à quo poſtea interfectus eſſe dicitur. Hunc Apryem Herodotus ſcribit à ſuo præfecto Amaſi ſtrangulatum eſſe: cum quidem tanta eius ſuperbia fuiſſet, vt diceret: neminem Deorum aut hominum ſibi regnum eripere poſſe.

De miranda liberatione Ezechiæ obſeſſi Ieroſolymis à Sennacherib, audiuiſſe aliquid Herodotum, apparet ex ijs, quæ de Sethone rege, & Sacerdote narrat, qui precibus ſe aduerſus Sennacheribum defenderit, & cuius ſtatua in templo poſita ſit cum hac inſcriptione: Ἐς ἐμέ τις ὁρέων εὐσεβὴς ἔστω.

In primis autem dignæ ſunt conſideratu, in hoc ſecundo Herodoti libro, narrationes de origine Religionum Ethnicarum, quæ perſpicuè demonſtrant doctrinam Eccleſiæ, & Religionem Chriſtianam, omnium antiquiſſimam, & primã: ideoq́ veriſſimam eſſe.

Vetuſtiſſima in mundo oracula eſſe ſcribit Iouis Hammonis in Libya, & Iouis Dodonæi in Græcia, quæ ambo à duabus colũbis ex Ægypto prouolantibus monſtrata ſint. Hæc ex Diluuij hiſtoria manaſſe, & à poſteris deprauata eſſe apparet.

*paret. Non enim dubium eſt Hammonis nomen, ortum eſſe ab Ham, filio Nohæ, qui Ægyptum occupauit: & Dodonæ nomen congruit cum Dodanim filio Iauan, qui fortaſsis ſedem familiæ, & Eccleſiæ ſuæ in ea Epiri ora collocauit. Vtrumq́ autem nomen, Hammonis, & Dodanim, extat Gen. 10.*

*Theogoniam Græcis primos condidiſſe ſcribit Heſiodum, & Homerum, qui annis 400. ſe anteceſſerint. Floruit autē Herodotus tempore Xerxis, & Artaxerxis, circa annū mundi 3540. Recentiſsimæ ſunt igitur Religiones Græcæ, quæ circa annum mundi 3100. à Poëtis illis comprehenſæ ſunt literis, tempore Prophetarum Ionæ et Oſeæ: cum veræ Eccleſiæ doctrina, iam ter mille annos in mundo propagata eſſet.*

*Circumciſionis etiam in Ægypto & Paleſtina vſitatæ, aliquoties meminit, quā à Deo Abrahæ traditam eſſe, & à filijs Iſraël in Ægypto propagatam, ſacræ literæ teſtantur.*

*Eò etiam maiori ſtudio, & voluptate hæc Ægypti deſcriptio à nobis cognoſcenda eſt: Quia ſanctiſsimis luminibus Eccleſiæ Dei, Abrahæ, Ioſepho, Iacob, & ipſius poſteris, & infanti Chriſto exuli, hoſpitium multos annos præbuit. Et ita*

eductio-

eductione populi Iſrael ex Ægypto, Deus ſe multis illuſtribus teſtimonijs & promulgata lege in monte Sinai patefecit, ante annos 3070. Hodie vero etiamſi à Turcis Ægyptus tenetur (Nam anno Chriſti 1517. à Selymo Turcarũ Imperatore occupata eſt) tamen in vrbe Alcair, tria adhuc Chriſtianæ religionis Templa ſuperſunt, ex quibus vnum Virgini Mariæ dicatum eſt, quæ cum infante Chriſto, Herodis ſæuiciem effugiens, eo in loco Ægypti in crypta ſcribitur latuiſſe.

Vt igitur hoc vetus hoſpitium Chriſti, & Eccleſiæ Dei, propius à nobis aſpiciatur, diligenter hunc Secundum Herodoti librum, qui totus in Regionis & Rerum Ægyptiacarum deſcriptione cõſumitur, cognoſcamus. Quem Deo iuuante, hodie hora prima interpretari incipiam, Die 8. Ianuarij. Anno 1560.

## DE LECTIONE TERTII LIBRI.

IN Tertio Herodoti libro, qui hiſtoriam Cambyſis & Darij Hyſtaſpis continet, præcipuè digna eſt eruditorum, & ſapientum admiratione.

Delibe-

Deliberatio illa ſeptem Principum Electorũ in Perſia, qui poſt mortem Cambyſis de forma gubernationis, & optimo Reipublicæ ſtatu, ſententias conferunt. In qua deliberatione, dum Otanes, Tyrannide vituperata, ἰσονομίην ſuadet: Megabyzus contra, vulgi tyrannide exploſa, ἀριστοκρατίαν laudat: Darius verò μοναρχίαν Reipublicæ vtiliſſimam fore cenſet: omnes Politiarum formæ, & omnia ciuitatum vitia & morbi, velut in Apellea tabula, depicti ſunt.

In Cambyſis hiſtoria, qui Ægyptum Monarchiæ Perſicæ adiecit, & infelicem aduerſus Æthiopes expeditionem ſuſcepit, multa tetræ immanitatis, & furorum exempla recenſentur. Interfecit is fratrem Smerdin. Ducit ſororem coniugem: Quam ex ſe grauidam, poſtea interfecit. Reprehenſus à Prexaſpe propter ebrietatem, filium Prexaſpis ebrius telo ictũ interemit. Hi furores, vt maiori cura nos à Deo regi petamus, admonent: & ſimul potentiam Diaboli in ſummo generis humani faſtigio demonſtrant. Suntq́ eo magis deplorandi, quod nemo monere potentes Reges, vel obiurgare ſolet, vt furere deſinant. Cum de ſorore ducẽda Cambyſes ex Iuriſconſultis ſuis de iure

*de iure ſciſcitaretur, reſpondent illi: Nullam ſe Legem inuenire, quæ expreſſe hoc concedat: Sed aliam ſe Legem inueniſſe: Quòd Regi Perſarum liceat facere quicquid velit. Cum ex conſiliarijs ſuis quæreret: An ne patri Cyro ſimilis eſſe videretur? pleriq́; eum patri anteferunt, propterea quod Ægyptum Regno Perſico adieciſſet. Crœſus verò nondum patri ſimilem eſſe dicit, quia nondum talem filium, qualem Cyrus Cambyſen, reliquerit. Quæ figurata reprehenſio plus adulationis habebat, quàm cæterorum prolixæ laudes.*

*Intexta eſt quoq; Cambyſis hiſtoriæ narratio Belli Samij, & oratio filiæ Periandri ad fratrem,* φιλοτιμίη κτῆμα σκαιὸν, μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰῶ, *&c. & memorabile exemplum inconſtantiæ fortunæ in Polycrate Samiorum Tyranno, qui cum longo tempore ſucceſſibus feliciſſimis vſus eſſet, & nihil planè aduerſi poſſe ſibi accidere putaret: tandem cruci affixus eſt.*

*Darij verò Hyſtaſpis Hiſtoria, eò etiam nobis gratior futura eſt, quòd crebra ipſius in Eſdra, & Aggæo, ac Zacharia Prophetis, mẽtio fit. Nam hic Darius renouauit edictũ Cyri de ædifi-*

 cation[e]

*catione Ieroſolymæ, & Templi (quod anno regni ipſius ſexto, Mundi verò 3448. abſolutum eſt, 2. Esd. 6.) & ſingulari munificentia Eccleſiam Dei, & gentem Iudaicam fouit. Fuit enim maritus Heſter neptis Mardochæi, quam, in hoc Herodoti libro, Artiſtonam nominari quidam exiſtimant. Hæc conſideratio non minorem voluptatem ſtudioſis librorum Propheticorum fortaßis allatura eſt, quàm enumeratio Prouinciarum Monarchiæ Perſicæ, & redituum annuorũ, & Auri Indici, quod à Formicis cuſtodiri ſcribit, & Arabiæ felicis deſcriptio, & ſanati à Democede Medico pedis Darij, & Babylonis à Dario receptæ, induſtria & fide Zopyri, &c. cuius laudatione Tertium Librum Herodotus concludit. Incipiam autem Tertij libri interpretationem, hodie hora prima, Die æquinoctij Verni. Anno 1560.*

## IN MELPOMENEN HERODOTI.

QVARTVS *Herodoti liber duas partes habet, quarum prior hiſtoriam belli à Dario Perſarum rege aduerſus Scythas infelicite*

*ter geſti, & ſimul accuratam SCYTHIÆ Chorographiam continet. Poſterior Hiſtoriam nobiliſsimæ familiæ Minyarũ, & conditæ ab illis in Libya vrbis Cyrenes, & expeditionis in Libyam à Perſis ſuſceptæ, & ſimul regionis & populorum Libyæ deſcriptionẽ complectitur. Aliqua etiam inſignia conſiliorum & virtutum exempla, ſed pauca, recitat, inter quæ inprimis illuſtre exemplum eſt amoris & fidei coniugalis in vxoribus Minyarum, quæ commutato cum maritis habitu, ſuam ipſorum vitam pro maritorum incolumitate mortis periculo expoſuerunt. Eſt & hæc imago conſiliorum, & euentuum humanorum in Scythica hiſtoria inſignis: Quod ea conſilia, quæ Scythis omnium ſapientiſsimè cogitata eſſe videbantur, maximè eos fruſtrata eſſe ſcribit:* τὰ σφι ἐδόκεε ἄριστα βεβουλεῦσθαι κατὰ ταῦτα μάλιστα ἐσφάλησαν. *Memorabilis etiam illa vox eſt Darij Perſarum Regis, qui cum in manu fortè malum punicum teneret, dixit ſe tot ſibi Megabyzos optare, quot in malo Punico grana ineſſent, ſignificans nullum theſaurum Regibus vtiliorem eſſe conſiliarijs ſapientia, virtute, & fide præſtantibus. Moribus quoq; hoc exemplũ vtile eſt, quod Anachar-*

*ſin & Scylen Scythas, ideo à popularib⁹ ſuis interfectos eſſe ſcribit, quia peregrinos mores & ſacra Græca in patriam intulerint. Præter hæc exempla nihil ferè, quod ad vitæ communis & conſiliorum gubernationem magnopere proſit, in eo libro eminet. Sed maxima pars in Chorographia Scythiæ & Libyæ ac finitimarum regionum conſumitur.*

*Est autem pars aliqua eruditionis, noſſe vetuſtas gentes, & ſapientiam, leges ac religiones diuerſarum regionum conferre. Cumque finitima Germaniæ ſit Scythia, in qua nūc quoq; ſub ditione Iohānis, Magni ducis Ruthenorum, Eccleſiæ Chriſtianæ, à S. Andrea Apoſtolo primū inſtitutæ, florent: grata nobis eſſe, & propter vicinitatē, & Eccleſiæ ſocietatem, Scythiæ luſtratio debet.*

*Nominauit autem antiquitas Scythiam, totum illud boreale latus mundi, quod in Europa trans Danubium, in Aſia verò vltra Caucaſum & mare Caſpium à gradu longitudinis 44. vſq; ad 160. extenditur, Ex qua regione tanquam ex fœcunda populorū matre ſeu nationū vagina, vt Iornandes loquitur, innumeræ gētes prodierunt, Getæ, Gepidæ, Maſſagetæ, Alani, Antæ (quorū*

*in ti-*

*in titulo inſtitutionum mentio fit ) Syeui, Dai, VVinidæ, ſeu Vandali, Bulgari, Hunni, Turci, quos in hoc Herodoti libro Ἰυρκας vocari conſentaneum eſt. Et recens ante annos 160. Tamerlanes ex Scythiæ vrbe Samarcanda progreſſus totam Aſiam, & Ægyptum deuicit, & Baiazetem quoq; Turcarum Imperatorem à ſe captũ, & caueæ ferreæ incluſum circumduxit. Sed Scythia Europæa, quam in hoc libro Herodotus Darij armis petitã eſſe ſcribit, limites habet ab occaſu Viſtulam, qui propè Dantiſcum mari Baltico miſcetur: à meridie notiſsimum flumen Iſteum: ab ortu Ponti partem, & Mæotida Paludem, Zabacca hodie vocatam, & Tanain fluuium: à borea mare Balticum, & Glaciale. Huius regionis maximam partem noſtro tempore Rußia, Polonia, Vngaria, Moldauia, VValachia occupat.*

*Et noti adhuc noſtra ætate ſunt pleriq; fluuij Scythiæ, quos Herodotus nominat. Iſter, ſeu Danubius, ſex miliaribus ſupra Tubingam, in Eremo Heluetiorum oritur. Tyras, quem Neſtrum incolæ vocant, ex monte Carpatho, nõ procul à Caſſouia emanat. Boryſthenis fontem, ſicut Nili, ignotum eſſe Herodotus ſcribit. Sed certũ*

*eſt Boryſthenem prope Dnieperſko Moſcouiæ pagum, qui circiter 30. mill. ab Moſca vrbe verſus occaſum abeſt, oriri: & exiguis, ac æqualibus ferè interuallis, trium maximorũ fluminum fontes, in vna ſylua Vuolkonzki, coniunctos eſſe. Vuolgæ, quem Tartari Edel, Ptolemæus Rha nominat, qui per Moſcouiam, & Tartariam longo tractu, tandem prope celeberrimum emporium Citrachã in mare Caſpium multis oſtijs influit: & Dunæ, qui Rigam Liuoniæ Metropolin alluens, Mari Baltico miſcetur: & Boryſthenis, quem dNeper incolæ appellant: Is verſus Meridiem, oppidum Smolensko præterlabitur, quod medio itinere inter Moſcam, & Vilnam ſitum, Baſilius Rußiæ dominus anno 1514. die 30. Iulij Polonis ademit. Inde vrbem Kyouiam Archiepiſcopi ſedem, in qua S. Andreas Apoſtolus Euangelion docuit, & alias vrbes alluens, tandem multis fluminibus receptis in pontum Euxinum defertur. Tanain fluuium, qui Europæ & Aſiæ limes eſt, rectè ſcribit Herodotus, nõ ex Riphæis montibus, vt Ptolemæus prodidit: Sed ex lacu ingenti, quem nunc Iohannis lacum nominant, oriri.*

*Nec vlli, vel ad Tanais, vel ad Rha fluuij caput, noſtro tempore montes vel Riphæi, vel Hyperbo-*

*perborei conſpiciuntur, ſed tota regio paluſtris & plana eſt. Vnde & Poloniæ nomen, in ea parte, quam Viſtula perlabitur, putant extitiſſe. Sed longiſsimo à Tanai & Rha interuallo, verſus ortum Solſtitialem, montes immenſi ſunt, qui Permeam, à Iugria, ſeu Iubria Hungarorum ſede patria, dirimunt: Quos montes, Hyperboreos fortaſſe antiqui, incolæ Semnoipoyas, id eſt, cingulum terræ nominant. Cum autem hiſce regionum deſcriptionibus lucem ſingularem adferat mediocris cognitio Elementorum doctrinæ Aſtronomicæ, hortor ſtudioſos, vt initia illa de gradibus longitudinis, & latitudinis locorum, quibus regionum & Vrbium ſitus conſtituere, & ſpacia metiri Coſmographi ſolent, diligenter cognoſcãt, & Tabulas Geographicas, Ptolemæi, & recentes adhibeant. Quas olim in templis Ægyptijs Regum diligentia publicè propoſitas eſſe, Phryxi filius apud Apolloniũ narrat. Et in hoc libro Herodot. ſcribit: Neco Ægypti regẽ (cuius etiam 2. Paral. 35. & 4. Reg. 23. ſit mentio) ambitum, & magnitudinẽ terræ Aphricæ, per Phœnicios nautas inueſtigaſſe, qui Africam totã circumnauigarint, & tranſgreſsi æquinoctialẽ, medio die, ſolem dextrum, ſeu verſus ſeptentrionem*

 *ſitum,*

*ſitum, & vmbras ſiniſtras habuerint. Has & ſimiles narrationes rectius intelligent Adoleſcentes, qui Aſtronomica rudimēta deguſtarunt. Plura autem de Scythia, & Quarto Herodoti libro dicam, Hora prima. Roſtochij die 8. Maij. Anno 1560.*

# DE QVINTO LIBRO HERODOTI.

HIſtoria eſt exemplis inſignibus illuſtrata ſapientia legis diuinæ, qua conſilia gubernationis politicæ, & vitæ priuatæ reguntur. Vix autem vllus eſt Herodoti liber, qui plura, & vtiliora exempla, & tot dulces γνώμας & regulas vitæ, paucis pagellis complectatur, vt hic Quintus liber, qui τερψιχόρη inſcribitur. Etſi enim hiſtoriam Thraciæ, Pæoniæ, Macedoniæ, à Megabyzo Perſarum duce occupatæ, & Seditionis Ionicæ ab Ariſtagora Mileſio aduerſus Darium infeliciter motæ, & eiectionis Piſiſtratidarum ex vrbe Attica, ex profeſſo recitat: tamen dulciſſimas ſententias, & exempla, de præcipuarum virtutum officijs, ſimul aſpergit: Quæ ad conuenientia

tia Decalogi præcepta, velut ad ſuos fontes, in lectione hiſtoriarum referri, prodeſt.

De Pietate, & obedientia Deo debita, & omnibus humanis rebus anteferenda, ijsdem ferè verbis ſententia in hoc libro expreſſa eſt, quibus Actor. 5. Apoſtoli vtuntur. Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. Τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιοῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

De Prouidentia, & Iudicio Dei inſpectoris totius vitæ hominum, & punientis omnium hominum ſcelera, vniuerſalem regulam tradit ad diſciplinam & mores regendos vtiliſſimam. Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει. Nullus homo pœnam ſceleris reus effugit vnquam.

Magiſtratui & Iudicibus inſignis commonefactio de fugienda δωροφαγία in Siſamnis ſupplicio propoſita eſt: cui Rex Perſarum pellem detrahi, eamq; in tribunal expandi iuſſit, & Otanem filium in eam ſedem collocatum monuit, vt pellem paternam intuens, iuſte iudicaret.

Pœnæ ſeditioſorum illuſtri hiſtoria calamitatis Ionum, Carum, Cypriorum, et exitu infelici

*Ariſtagoræ Mileſij, & Hiſtiæi in crucem acti, expreſſæ ſunt, quæ de regula admonent, Prouerb. 24. Time dominum, fili mi, & Regem, & cum ſeditioſis non commiſcearis, quia repentè veniet perditio eorum.*

*Tyrannidis vituperatio in Soſiclis Corinthij oratione inſignis extat, & in hiſtoria Piſiſtratidarum. Cypſeli, ac Periandri, qui cum de ratione ſtabiliendi Tyrannidem, conſilium Thraſybuli Mileſiorum Tyranni expetiuiſſet: Thraſybulus in agro obambulans, ſpicas proceriores, & ſupra cæteras eminentes baculo decuſſit, ſignificans ciues, qui authoritate & potentia præ cæteris eminent, tollendos eſſe. Quod artificium nunc multi in Eccleſia Dei vſurpant. Vt autem Soſicles in ea oratione, Tyrannos Cypſelum, & Periandrum deteſtatur: ita omnes Boni, &* ἰσηγορίην *amantes, hoc Theognidis votum in corde circum ferunt,* ὡς κυψελλίζων ζεὺς ὀλέσειε γένος. *Vtinam totum genus Tyrannicum, quod Cypſelum imitatur, Deus perdat.*

*De amicitia vocem Regis Darij pulcherrimam ſæpè in Epiſtolis ad amicos eleganter vſurpare ſtudioſi poterunt.* Κτημάτων πάντων

ἐστὶ

ἐστὶ τιμιώτατον ἀνὴρ φίλος ξύνετός τε, καὶ εὔνοος.

*Ad vagarum libidinum, & laſciuiæ pœnas pertinet hiſtoria de legatis Perſicis. Quos, cum ad Amyntham Regem Macedoniæ miſſi eſſent, & in conuiuio matronarum, & virginum Macedonicarum ſinus attrectarent: filius Regis Alexander, Magni illius abauus, per ſubſtitutos in locum mulierum adoleſcentes veſte muliebri indutos, omnes interfecit.*

*Ad 7. & 8. præceptum hiſtoria Glauci Spartani in ſexto libro pertinet, cui depoſitam apud ſe pecuniam neganti, Oraculum pœnas minatur, addito etiam hoc verſu:* Ἀνδρὸς δ᾽ εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

*Ac ne quis externa ſcelera tantum, & non etiam interiores cupiditatum flammas, ſeu concupiſcẽtiam, diſplicére Deo exiſtimet: ſtatim addit Herodotus,* τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύναται.

*Has inſignes gemmas ſententiarum, & exemplorum ideo breuiter hoc loco ſelegi, vt adoleſcentes earum ſplẽdore ac precio ad hanc partem hiſtoriæ Herodoteæ diligẽtius cognoſcendã inuitentur.*

*tentur. Inchoabo autem Deo iuuante cras Hora ſexta in prima pagella Thracũ hiſtoriam, Quos inter cætera ſcribit Herodotus, Hominũ in hanc lucem primo naſcentium vicem lugubribus modis deflere: Morientibus autem, quod ex huius vitæ miſerijs eluctati ſint, cum lætitia gratulari. Datum Roſtochij, die 2. Iulij. Anno 1560.*

## DE SEXTO LIBRO HERODOTI.

D*EO iuuante, cras hora ſexta, ſextum Herodoti librum interpretari incipiam, cuius initio INFELIX EXITVS SEDITIONIS IONICÆ, excidium Mileti, ac ſupplicium Hiſtiæi, à quo primum excitata erat ſeditio, exponitur. Deinde inſignes aliquot Principum Genealogias deſcribit, quarum cognitio multis hiſtorijs lucem adfert, videlicet Miltiadæ, & Regum Laconicorum ab Hercule repetitam originem, & Alcmæonidarum familiam, ex qua Cliſthenes Atticus, & Pericles orator, & Alcibiades, orti ſunt.*

*Præcipuè autem in toto libro eminet hiſtoria PRÆLII AD MARATHOnem, in*

quo

quo Miltiadis Athenienſium ducis conſilio & fortitudine, ingens Perſarũ exercitus, à ciuitate Attica profligatus eſt. Id Prælium, anno 20. poſt eiectum Piſiſtrati filium Hippiam, (qui præcipua belli illius fax fuit) & anno ante Xerxis expeditionem & pugnam Salaminiam decimo, commiſſum eſſe ſcribit Thucydides. Incidit itaq; in annum Mundi 3471. qui fuit 31. regni Darij Hyſtaſpis, cuius tempore Ieſus filius Ioſedech Eccleſiam Dei in Iudæa gubernauit. De cæteris hiſtorijs & ſententijs ac Phraſibus memoria dignis, inter enarrandum monebo. Nunc Genealogias trium familiarum aſcribam.

Hæ in adiunctis Tabellis, litera B. C. D. notatis, expreſſæ ſunt.

## IN POLYMNIAM HERODOTI.

SPlendidiſſima Pars hiſtoriæ Herodoteæ, & ſapientiſſimis ſententijs, grauibusque verbis copioſe ornata ac perpolita, eſt Deſcriptio memorabilis illius Expeditionis à Xerxe Perſarum Rege in Græciam ſuſceptæ, Quam libro Septimo Hero-

Herodotus orditur. Etſi autem totus hic SEPTIMVS LIBER, in ſingulis ferè paginis, aliquot inſignes & dignas memoria ſententias & hiſtorias recitat: tamē in primis QVINQVE loci eminent, qui præ cæteris conſideratione digni ſunt.

Primum ſapientiſſima Deliberatio in Senatu Regni Perſarum habita de Bello Græcis inferendo. Quæ non modo imaginem conſultationum Aulicarum, de ſummis Regum & principum negocijs, proponit: verum etiam, acceſſuros ad Rempublicam & Senatus principum ac ciuitatū, multis ſalutaribus conſilijs, & grauiſſimis ac ſingulari prudentia tinctis ſententijs inſtruere & confirmare poteſt. Ac in primis Artabani, bellum diſſuadentis, Oratio, cum ſapientiſſimarum ſententiarū gemmis conferta & ſtipata ſit, ad verbū ediſcenda erat, vt velut norma & regula conſiliorum in omni vita adſiduè in conſpectu eſſet. Quid enim grauius & ſapientius in omnibus ferè negocijs & præcipuè in Bellis ſuſcipiendis conſuli poteſt, quàm quod Artabanus monet, μὴ βούλευε ἐς κίνδυνον μηδένα τοιοῦτον ἀπικέσθαι, μηδεμιῆς ἀνάγκης ἐούσης. Nemo fiducia propriæ ſapientiæ aut potentiæ res pericu-

loſas

*loſas, aut non neceſſarias ſuſcipiat. Nam Deus ſubito momento ſummam potentiam euertere poteſt, & omnes ſuperbos, ac* πολυπράγμονας *odit*, φιλέει ὁ θεὸς πάντα τὰ ὑπερέχοντα κολούειν, οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς ἢ ἑαυτόν. *Item*: ἐπειχθῆναι τίκτει σφάλματα: ἐν δὲ τῷ ἐπισχεῖν ἔνεστι ἀγαθὰ εἰ μὴ παραυτικὰ δοκέοντα εἶναι, ἀλλ' ἀνὰ χρόνον ἐξεύροι τίς ἄν, *id eſt: Feſtinatio improuida, ac cæca, infelix eſt. Cunctatio autem, inhibens errantes animi impetus, magnas vtilitates adfert, quas, etiamſi in præſentia non ſtatim apparent: tamen ſuo tempore aliquis certo comperiat. Item*: τῷ εὖ βουλευθέντι πράγματι τελευτὴ ἐς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίγνεσθαι, *&c. Hæ & ſimiles ſententiæ, ad totius vitæ gubernationem, velut Normæ, & regulæ conſiliorum ſalutares, transferri poſſunt.*

*Secundò. Inſigne exemplum Fragilitatis maximæ potentiæ, & omnium rerum humanarum, in toto hoc Xerxis bello propoſitum eſt, cuius innumerabilem exercitum, exiguæ & infirmæ Græcorum copiæ profligarunt, & ipſe Xerxes turpi fuga ſalutem ſibi quærere coactus eſt.*

*Tertiò,*

*Tertio. Prælium ad Thermopylas, omnes ætates admiratæ ſunt, in quo 300. Lacedæmonij, duce Leonide, pro libertate patriæ fortiſſimè dimicantes: cum circiter vicies mille Perſas trucidaſſent, ipſi tandem vnà omnes ceciderunt. Et quidem ſoli ex omnibus hominibus, maiorem gloriam victi, quàm alij ex pulcherrimis victorijs, adepti ſunt.* Χρὴ γὰρ, *vt grauiſſimè Diodorus Siculus de hac ipſa pugna inquit:* οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων κρίνειν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ ἐκ τῆς προαιρέσεως. *Ac ſimiles pugnæ in hiſtorijs duæ tantum extant. Quarum alteram Gellius lib. 3. cap. 7. recitat. In altera ter mille Heluetij, cum propè Baſileam circiter 20000. Armoriacorum interfeciſſent, ipſi tandem vnà occubuerunt.*

*Quarto. Multæ grauiſſimæ ſententiæ, de ingenti infirmitate, & miſerijs, ac calamitatibus humanis in hoc libro obſeruẽtur, vt cum Xerxes 5283220. homines, vno conſpectu intuens, acerbè flere incipit, quod ex tot hominum millibus, poſt annos 100. nullus ſuperſtes futurus eſſet. Ibi Artabanus ſubijcit: In hoc tamẽ breui vitæ humanæ ſpacio, multa ſingulis hominibus accidere, vt ſæ-*

*pius*

pius mori magis quàm viuere cupiant: Ita hoc breue etiam vitæ ſpacium miſeris hominibus nimis longum & diuturnũ videri. Item, Ειναι δὲ θνητὸν ὀυδένα ὀυδὲ ἔσεσθαι, τῷ, κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ ὀυ συνεμίχθη, Τοῖσι δὲ μεγίστοισι ἀυτέων, μέγιστα. Alibi μεμψιμοιρίαν hominum accuſans, Si inquit omnes homines ſuas miſerias in medium conferrent, & oculis ſubijcerẽt, commutare volentes cum vicinis, tum verò ſinguli intuentes vicinorum miſerias, libenter eas, quas ipſi attuliſſent, domum rurſus ſecum relaturi eſſent.

Quinto. Præcipuarum Gentium Aſiæ, & multorum celebrium in minori Aſia, in Thracia, & Græcia locorum appellationes, & hiſtoriæ inſignes, in hoc libro diligenti animaduerſione & memoria dignæ ſunt. Nam pars aliqua eruditionis eſt, Noſſe vetuſtas & præcipuas gentes orbis terræ, & ſingularum originem, ſitum ac mores, & facta inſignia cõſiderare. Et inter cæteras vrbes, quarum in Polymnia mentio fit, Coloſſarum nomen eo nobis gratius eſſe debet, quia ad eius vrbis incolas Paulus Epiſtolam ſcripſit. Nam in Ptolemæi Coſmographia nomen Coloſſarum non

*extat, fortaſſis quia paulò poſt Pauli mortem terræmotu perijt, et Ptolomæi tempore, qui annis 50. poſt Pauli mortem florere cœpit, nondum inſtaurata fuit. Sed de ſingulis materijs in hoc Septimo libro attentiori obſeruatione dignis, in prælectione, quam hodie Hora prima, incipiam, diligentius monebo. Datum Roſtochij, 24. Octobris. Anno 1560.*

# IN VRANIAM HERODOTI.

*IN ſingulis Herodoti libris aliquæ extant & eminent Hiſtoriæ, & ſententiæ inſigniores, quas præ cæteris fulgere & conſpici à lectoribus, ſcriptor voluit. Ac in OCTAVO LIBRO, hiſtoria celebratiſſimæ ad SALAMINEM Inſulam pugnæ naualis præcipuè elucet, in qua innumerabiles XERXIS Perſarum Regis copiæ, ab exigua & infirma Græcorum claſſe, ita diſſipatæ ſunt, vt Xerxes, quo nullus eo tempore erat toto orbe terrarum Rex potentior, & terribilior, paruo nauigio fugiens in Aſiam redierit. Ita illuſtri exemplo oſtendit Deus ſe ſuperbiam, fidu-*

*ſiducia propriæ potentiæ, & ſapientiæ res magnas & iniuſtas, vel non neceſſarias ſuſcipientem, grauiter punire: & ſubito caſu ſuperbos ex ſummo dignitatis & potentiæ faſtigio in magnas calamitates deijci, vt Sennaherib, Nabuchodonoſor, Crœſus, & alij deiecti ſunt. Simul etiam communis omnium rerum humanarum fragilitatis teſtimonium proponitur, de qua vulgares verſiculi loquuntur:*

*Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,*
*Et ſubito caſu, quæ ualuere, ruunt.*

*Deinde ſtatim in veſtibulo huius libri, cum primis dignum eſt obſeruatione Exemplum inſigne ſtudij Concordiæ, & Moderationis, ac* ἐπιεικείας *in Athenienſibus, qui propter publicam ſalutem, ne inteſtinum bellum excitent, de ſuo iure, & quidem de Imperio, cedunt,* μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα, καὶ γνόντες, ἐὰν στασιάσωσι περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολέεται ἡ Ἑλλάς, ὀρθὰ νοεῦντες. Στάσις γὰρ ἔμφυλος, πολέμου ὁμοφρονέοντος, τοσούτῳ κάκιόν ἐστι, ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης, *id eſt, maximi facientes ſalutem Græciæ, & ſcientes, ſi de imperio contenderent, perituram eſſe Græciã: Et rectè iudicabãt. Nam ſeditio inteſtina, tanto*

*nocentior eſt Bello, quod conſentientibus animis aduerſus externos geritur: quanto bellum peius eſt pace.*

*Poſtea imagines præſtantium virorum in hoc libro propoſitæ, Themiſtoclis præcipuè, & Ariſtidis, conſiderentur: In quorum altero, excellens ingenij ſolertia, & in conſilijs optimis inueniendis celeritas, & ſapiẽtia admiranda (quam inſigni Encomio Thucydides lib. 1. pag. 31. celebrat) clariſsimè fulget, & in omnibus deliberationibus, & actionibus Græcorum, toto hoc libro deſcriptis, euidenter conſpicitur.*

*In Ariſtide verò Iuſtitia & bonitas, & publicæ ſalutis, ac patriæ amor præcipuè eminet: qui cum Themiſtoclis potiſsimum opera in ẽxilium paulò antè eiectus eſſet, tamen omnes iniurias patriæ condonans, in hoc communi totius Græciæ periculo, ſponte ad Themiſtoclem ſibi antea inimicum accedit, & inter cætera his verbis vtitur:* Ημέας στασιάζειν χρεὼν ἐστὶ ἐν τῷ ἄλλῳ καιρῷ, καὶ δὴ, καὶ ἐν τῷδε, περὶ τοῦ, ὁκότερος ἡμέων πλέω ἀγαθὰ τῇ πατρίδι ἐργάσεται. *Id eſt: Nos contendere oportet omni tempore, non priuatis ſimultatibus, & odijs, ſed vter noſtrum*

*ſtrum melius de patria mereri, & plura in eam beneficia conferre poſſit.*

*Eſt & Regum Macedonicorum Genealogia in hoc libro obſeruatu digna, Quos à Temeno, Herculis abnepote, ortos eſſe, Herodotus ſcribit. Fuitque hic Alexander Amyntæ Filius, qui à Mardonio Legatus ad Athenienſes miſſus eſt, & quem ſupra lib. 5. audiuimus legatos Perſarum laſciuos trucidaſſe, abauus Alexandri Magni, nati ex patre Philippo, filio Amyntæ, cuius pater fuit Alcetas filius Alexandri, cuius Genealogia in fine octaui libri texitur. Quem cras, hora 6. interpretari incipiam. Roſtochij 24. Februarij. Anno 1561.*

## IN CALLIOPEN. HERODOTI.

*DEO iuuante, peruenimus ordine ad Nonum & vltimum Herodoti Librum, in quo, poſtremæ cum Perſis, Græcorum pugnæ, ad PLATÆAS, & Mycalen Aſiæ promontoriũ, die 3. Auguſti factæ, deſcribuntur. Inprimis autem elucet in hoc libro PAVSANIÆ Ducis*

*Spartani, non modò bellica virtus, & fortitudo, verumetiam Modeſtia, & pudor: Qui poſt victoriam ad Platæas partam, omnium pulcherrimo victoriæ genere etiam ſe ipſum vincit: & caſti pudoris decus, abſtinens à captiua Coa, tuetur: & cum ſummæ moderationis ac humanitatis laude, non ſæuit in cadauera hoſtium interfectorum: ſed ſatis ſibi eſſe ait, ſi iuſta faciens, & dicens, ſuis Spartanis placeat.* Ἀποχρᾶ μοι Σπαρτιήτησι ἀρεσκόμενον, ὅσια μεν ποιέειν, ὅσια δὲ καὶ λεγειν.

*Deinde in prima ſtatim pagina, inſigne exemplum in pœna Lycidæ dantis conſilium inhoneſtum proponitur. Hunc enim in Salamine ſuadentem recipi conditiones ſeruitutis à Mordonio duce Xerxis oblatas, cæteri Athenienſes lapidibus obruerunt, & Mulieres Atticæ, ſimili genere ſupplicij, Lycidæ vxorem, & liberos ſuſtulerunt. Eandem hiſtoriam recitat Demoſthenes in Oratione* περὶ ϛεφάνου: *Sed Cyrſilum nominat, cui Lycidæ nomen Herodotus tribuit.*

*Poſtea dignum memoria eſt Perſæ illius cum Mardonio apud Attaginum ciuem Thebanum cœnantis dictum.* Ὅτι δῆ γενέσθαι ἐκ τοῦ

θεῶ

θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. Οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς. Ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν. *Quod decretum eſt à Deo, non poteſt ab hominibus auerti. Neq; rectè conſulentibus quiſquam vult obtemperare. Acerbiſſimus autem dolor eſt, multa cogitare & animo moliri, & tamen nihil efficere, nec euentum optatum conſequi.*

*Sunt & aliæ inſignes ſententiæ, velut gemmæ paſſim inſperſæ, vt cũ Athenienſes Tegeatis de loco cedẽtes inquiũt,* πάντη γὰρ τεταγμένοι, πειρησόμεθα εἶναι χρηστοὶ, *id eſt, Quocunque loco collocati erimus, conabimur præliari, vt bonos ac fortes viros decet. Item,* καλὰ ἐγένετο τὰ ἱρὰ ἀμυνομένοισι: μάχης δὲ ἄρχουσι, οὐ. *Recitantur etiam, exempla Pœnarum, quæ vagas libidines Xerxis cum vxore fratris ſecutæ ſunt: & ſupplicium Artayctæ Sacrilegi, quem expugnata Seſto, dux Athenienſiũ, Xantippus, Periclis pater, ſtrangulauit: Et in fine dictum memorabile, Quod Naturam & mores hominum, monet regionum & locorum, in quibus nati ſunt, naturas imitari.*

*Hi ferè præcipui loci ſunt, digni attentiori obſeruatione & memoria, in NONI libri lectione: Quã, cras, hora 6. Deo iuuante incipiam. Roſtochij, Idibus Maij. Anno 1561.*

*Hactenus argumenta Nouem Librorum Herodoti, & Locos præcipuos breuiter indicaui.*

*Nunc Temporum & Hiſtoriarum ſeriem velut in Tabella euolutam addemus.*

*Cum autem Hiſtoriam ſuam Herodotus ferè ab illo ipſo momento contexere incipiat, in quo Propheticæ Hiſtoriæ ſeu Biblia deſinunt: Præfigemus initio Chronologiam ſeu Ordinem Temporum à prima creatione Mũdi vſq; ad Herodoteæ Hiſtoriæ initium deductam: vt continua Series annorũ & Hiſtoriarũ Mundi, vna velut συνόψει, ſimul animo comprehendi facilius poßit. Ac vt de vetuſtioribus etiam Hiſtorijs, quæ Gygem Lydorum Regem anteceſſerunt, & ab Herodoto ſine certa temporum diſtinctione, ſparſim annotatæ ſunt, ſciri vtcunq; poßit, ad quæ Mundi tempora referri debeant.*

CHRO-

# CHRONOLOGIA
## *TEMPORVM MVNDI,*
*à prima creatione, vſque ad initium Hiſtoriæ*
## HERODOTI.

Deus condidit Mundum & Eccleſiam Angelorum ac Hominum. Gen. 1. Anno ante natum Chriſtum 3962.

*Anno Mūdi*

0 *ADAM creatus. Vixit 930. añoſ,*
*vſq; ad 56. annū Lamechi patris Nohæ.*
*Obijt anno 126. ante natū Noha. Gen. 5.*
130 *Natus SETH, vixit años 912. Obijt*
*anno mundi 1042. Poſt mortē Adæ 112.*
105 *Ante natum Noha 14.*
235 *Natus ENOS, vixit 905. Obijt año*
90 *Mundi 1140. Vixit cum Noha años 84.*
325 Cainan, *Vixit 910. Obijt anno*
70 *Mundi 1235.*
395 Mahalaleel, *vixit 895. Obijt anno 366. ante Diluuium, Anno vitæ*
65 *Nohæ 234.*

460. Iared, *vixit* 962. *Obijt anno mundi*
162. 1422. *Vixit cum Noha* 366. *annos.*

622. *ENOCH naſcitur.*
65.

687. Mathuſalem *vixit annos* 969.
187. *Obijt ipſo anno DILVVII.*

874. Lamech *pater* NOHÆ, *vixit* 777.
*Obijt quinquennio ante* Diluuium.

930. *ADAM moritur anno* 56. *Vitæ*
*Lamech.*

987. Enoch *viuens in cœlum tranſlatus*
*eſt, anno* 57. *poſt mortē ADÆ, cum cæ-*
*teri Patres omnes adhuc ſuperſtites, &*
*fortè etiam tranſlationis ENOCH*
*ſpectatores eſſent.*

1042. Seth *moritur, anno* 55. *poſt tranſ-*
*lationem ENOCH.*

1056. Noha *naſcitur, anno* 182. *patris*
*LAMECH, anno poſt mortem ADÆ*
*primi hominis* 126. *Poſt mortē* Seth 14.
*Vixit annos* 650. (*Gen.* 9.) *vſq; ad* 58.
*annum ætatis* Abrahæ. *Vixit ergo*
*cum ENOS* 84. *annis. Cum* Cai-
nan 179. *Cum IARED* 366.
*Cum* Mathuſalem 600, *Cum* La-

mech 595. *Cum filio* Sem 448. *Cum omnibus patribus poſt* Diluuium, *vſq; ad* 58. *annum ætatis* ABRAHAE.

1558. SEM *filius* NOHAE *naſcitur anno* 98. *ante Diluuium. Gene.* 11. *Vixit cum Patre* NOHA 448. *Cum omnibus ſuis nepotibus & patribus poſt diluuiū. Cum* ABRAHAM *quo ad vixit: Cū* ISAAC 110. *Cum* IACOB 50. *annos. Obijt anno mūdi* 2158. *anno poſt mortē Abrahæ* 35.

1656. DILVVIVM *totam terrā obruit anno* 600. *vitæ* NOHAE (*Gene.* 7. 8.)

1658. Arphaxad *natus ex* SEM (*Gen.* 11) *Vixit annos* 438. *Vixit cū auo* NOHA 348. *annos. Cum filio* SALE 403. *Cum nepote* HEBER 373. *Cum* PHALEG, REV, SARVCH, THARE, *toto tempore ipſorū, vſq; ad annū ætatis* Abrahæ 148. Iſaaci 48. *Obijt anno poſt natum* Iſaac 48. *ante natum* Iacob 12.

1693. Sale *naſcitur. Vixit* 433 *annos, poſt mortem* ABRAHAE 3. *annos. Cum* ISAAC 78. *annos. Cum* IACOB 18.

1723. HEBER, *à quo Hebræi dicti ſunt,*

*omnium patrum poſt diluuiũ diutiſsimè vixit, videlicet annos 464. Vixit poſt mortem Abrahæ 64. annos. Cum Iſaac 110. Cum Iacob 80. Obijt anno mundi 2187, Poſt mortem Sem 28.*

1757 Phaleg *naſcitur, vixit annos 239. Obijt anno Abrahæ 48.*

1787 Reu, *vixit 239. annos, vſq; ad 78. Abrahæ.*

1819 Saruch, *vixit 230. annos, vſq; ad 101. annum Abrahæ.*

1849 Nachor, *vixit 148. vſq; ad 49, Abr.*

1878 Thare *pater Abrahæ naſcitur, vixit annos 205. Cum Abraham 135. Cum Iſaac 35.*

| Anno Mundi | *Anno ætatis Abra.* | |
|---|---|---|
| 1948. | | *ABRAHAM naſcitur. Geneſ. 11.* |
| 2000 | 52. | Bis mille anni â cõdito Mundo completi ſunt, anno 52. ætatis Abrahæ. |
| 2006 | 58 | *NOHA obijt anno 58. Abrahæ. añis 17. ante exitũ Abrahæ ex Haran.* |
| 2023 | 75 | *ABRAHAM ex HARAN Meſopotamiæ vocatur in Palæſtinã: & primum accipit promiſsionem de SEMINE CHRISTO, in* |

quo

| Anno Mundi | Anno ætatis Abrah. | |
|---|---|---|
| | | *quo omnes Gentes benedicendæ ſunt. (Geneſ. 12.) Ab hac promiſsione vſq; ad promulgatam* LEGEM *in monte* SINAI, *numerat Paulus annos* 430. (*Galat.* 3.) |
| | | Hic numerus fundamentum eſt ſequentis computationis. |
| 2030 | 82 | *Circa hoc tempus ABRAHAM profligatis* 4. *regibus, liberauit Sodomam, & à Melchiſedek Sacerdote altiſsimi benedictionẽ accepit. Gen.* 14. |
| 2034. | 86 | *HISMAEL naſcitur ex Agar. Gen.* 16. |
| 2047 | 99 | Circumciſio *inſtituta eſt.* (*Geneſ.* 17.) *Anno poſt mortem Nohæ* 41. *Poſt traditam promiſsionem de Semine anno* 24. *Eodem anno conuiuæ Abrahæ fuerunt tres viri in Hebron.* (*Geneſ.* 18.) *Et deleta ſunt Sodoma.* (*Gene.* 19.) *añno poſt Diluuium* 391. |
| 2048 | 100 | *ISAAC naſcitur ex Sara.* (*Gen.* 21.) *Vixit annos* 180. *Vixit cum Sem, filio Nohæ* 110. *annos. Cum patre ſuo Abraham* 75. *Cum filio Iacob* 120. *Obijt decennio ante deſcenſum Iacob in Ægyptum.* |

Circa

| *Anno Mūdi.* | *Ætatis Abrah.* | *Ætatis Iſaac.* | CHRONOL. |
|---|---|---|---|
| 2063 | 115 | 15 | *Circa hoc tempus exiſtimant aliqui oblatum eſſe ISAAC. Gen. 22.* |
| 2083 | 135 | 35 | *Obijt THARE pater ABRAHAM. Gen. 11.* |
| 2085 | 137 | 37 | *Obijt SARA vxor Abrahæ. Gene. 23.* |
| 2088 | 140 | 40 | *ISAAC duxit vxorem REBECCAM. Gen. 24.* |
| 2108 | 160 | 60 | *IACOB & ESAV naſcuntur ex Rebecca (Gene. 25.) anno 50. ante mortem Sem.* |
| 2123 | 175 | 75 | *Obijt ABRAHAM. (Gene. 25.) anno 35. ante SEM filium NOHÆ.* |
| 2126 | *Ætatis Iſaac anno* | 78 | *Obijt SALE, nepos SEM, annis 32. ante auum Gen. 11.* |
| 2159 | 110 | | *Obijt SEM filius Nohæ anno 50. ætatis Iacob, anno 80. ante deſcenſum Iacob in Ægyptum.* |

*Obijt*

| Anno Mundi | Ætatis Iſaac. | Ætatis Iacob. | ECCLES. PATRVM. |
|---|---|---|---|
| 2171 | 123 | | *Obijt HISMAEL, filius ABRAHÆ, Gen. 25.* |
| 2185 | 187 | 77 | *IACOB videt Scalam, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes. Gen. 28.* |
| 2187. | 129 | 79 | *Obijt HEBER pronepos SEM. Gene. 11.* |
| 2192 | 144 | 84 | *IACOB duxit vxores RACHEL, & LIAM, ex quibus procreat duodecim filios, & vnam filiam. Gen. 29. 30.* |
| 2199 | 151 | 91 | *IOSEPH naſcitur, quod patet ex numeris annorum ætatis IACOB, & IOSEPH, qui extant Gen. 47. 41. 45.* |
| 2205 | 157 | 97 | *IACOB ex Meſopotamia redit in terram Canaan. (Gene. 31.) In ea profectione luctatur cum filio Dei, quem vidit facie ad faciem, hoc eſt, in ea ipſa Idæa, ſeu ſimilitudine naturæ humanæ, quam poſtea aſſumpturus erat, & victor nominatur Iſrael. Gen. 32. Poſtea recõciliatur fratri Eſau. Ge. 33.* |

*Et tra-*

| Anno Mundi | Ætatis Iſaac. | Ætatis Iacob. | CHRONOL. |
|---|---|---|---|
| | | | Et traiecto Iordane habitat propè Sichem, vbi filia ipſius Dina ſtupratur, Gen. 33. 34. Et Eodem anno exiſtimatur natus eſſe BENIAMIN, & mortua RAChel prope Bethlehem, Gene. 35. In eadem profectione peruenit ad patrem Iſaac in HEBRON, Cuius conſuetudine dulciſſima fruitur annos 23. |
| 2208. | 160 | 100 | Circa hunc annum Lutherus exiſtimat IVDAM diſceſſiſſe à fratribus ſuis in Odollam, & duxiſſe filiam Sue. Gene. 38. Ex quo coniugio naſcuntur ei HER, ONAN, & SELA. |
| 2216 | 168 | 108 | IOSEPH venditur à fratribus, cum eſſet ſeptemdecim annorum. Gene. 37. |
| 2224 | 176 | 116 | Circa hunc annum exiſtimatur natus eſſe Phares, ex inceſto concubitu IVDÆ cum THAMAR. Gen. 38. |
| | 781 | 118 | Circa hunc annũ Ioſeph |

retinens

| Anno Mundi | Ætatis Iſaac. | Ætatis Iacob. | ECCLE. PATRVM. |
|---|---|---|---|
| | | | retinens caſti pudoris decus, calumnijs ſuæ dominæ conijcitur in carcerem. Gen. 39. |
| | 179 | 119 | Pincernæ, & Piſtoris ſomnia interpretatur Ioſeph in carcere. Gen. 40. Nam poſt bienniū liberatur. Gen. 41. |
| 2228 | 180 | 120 | Moritur ISAAC. Gen. 35. vno anno ante liberationem Ioſeph: decem annis ante deſcenſum Iacob in Ægyptum. |
| 2229 | | 121 | IOSEPH cum fuiſſet in ſeruitute, & carcere annos 13. liberatur, cum eſſet 30. annorum. Præficitur toti Ægypto, Gen. 41. Sequuntur 7. anni fertilitatis, & duo añi famis. Gen. 43. 45. Quibus expletis, |
| 2238 | | 130 | IACOB cum Familia deſcendit in Ægyptum, Geneſis 46. 47. in qua regione apud filium Ioſeph vixit annos 17. |
| 2255 | | 147 | IACOB edidit vatici- |

*nium de tempore aduentus Meßiæ:* Non au-
2255 feretur ſceptrum de *IVDA*, donec venerit *SILOH*, id eſt, filius Virginis. *Ge.* 49. *Et facto teſtamento*, Moritur, *anno ætatis ſuæ* 147. *Gen.* 47. 49.

2309 *Obijt Ioſeph in Ægypto, cum vixiſſet annos* 110. *Gen.* 50. *Anno poſt mortem patris Iacob* 54.

2360 *Circa hæc tempora incœpit* Seruitus Iſraëlitarum *in Ægypto, & edictum de necandis infantibus promulgatum eſt. Exodi* 1.

2370 *AARON natus eſt. Nam in exitu ex Ægypto eſt annorum* 83. *Exodi* 7.

2373 *MOSES natus eſt. Exodi* 7. *Anno* 65. *poſt mortem Ioſeph.*

RES GRÆCÆ.

*PELASGI, vetuſtißima Græciæ gens Æolica, orta ab Eliſa, filio Iauan, cum Phthiotin Theſſaliæ inhabitarent, ab Ætolis & Locris, duce Deucalione, pulſi, partim in Epirū, partim in Italiam migrarunt. Quidam in Theſſalia remanſerūt. Herod.*

Anno Mūdi. | ECCLE. ISRA. | RES GRAECAE.

2415 *IOSVE naſcitur. Ioſ. 24. Nam in exitu eſt annorum 38.*

2453. Exitus filiorum
*Iſrael ex Ægyp-*
2440 *to: Et inſtitutio Paſchatis: Et promulgatio* Legis *in monte Sinai facta die 50. poſt exitum. Exod.* 12. 14. 19. *anno ante natum Chriſtum* 1509.

*Sunt autem ab exitu Iſraëlitarum ex Ægypto, vſq; ad ædificationem templi Salomonis, anni 480. 3. Reg. 6.*

*Hic numerus velut baſis, & fundamentum ſit, ſequentis computationis anno-*

*Herod. lib. 1. pa. 10. Thucyd. pag. 1. De Pelaſgis lege Strabonem, lib. 5. pa. 153. lib. 13. pa. 428. & lib. 7. pa. 226.*

*DILVVIVM ſub Deucalione Rege, Theſſaliam obruit: Id Ouidius, in ſuo Chronico, confundit cum diluuio Nohæ, quod 780. annis anteceſſit. Nec vllius ferè vetuſtioris hiſtoriæ memoria apud Græcos extat.*

*SCYTHARVM primus Rex Targitaus, vixit p̃ciſe annis 1000. ante Darij Expeditionem in Scythiam, Herodot. lib. 4. pag. 116.*

*AB HELLO Deucalionis filio, primum Phthiotæ in Theſſalia, & deinde omnes Græci*

| Anno Mundi | ECCL. ISR. | RES GRAECAE. |
|---|---|---|
| | *rum, ne varietate numerorum in libro Iudicum, rudiores turbentur.* | ΕΛΛΗΝΕΣ *dicti ſunt. Thucyd. pag.* 1. |
| 2454 | *Caleb, Ioſua, & cæteri, mittuntur ad explorandam terram Canaan, Num.* 13. 10. *Et intra hoc primum biennium, ab exitu, geſta ſunt omnia, quæ à cap. 7. Exodi, vſque ad finem, & in toto libro Leuitici, & primis* 14. *capitibus Numerorū deſcripta ſunt.* | *ÆGYPTVS filius Beli, eiecto fratre DANAO, circa hæc tempora Ægyptum tenuit.* <br> *DANAVS poſtea Argis regnauit, Socer Lyncei, cuius Herodot. lib.* 2. *pag.* 62. *mentionem facit.* |
| | *Seditio Chore & ſociorū, & aliæ Hiſtoriæ, & leges cap.* 15. 16. 17. 18. 19. *Num: annotatæ, incidunt in* 37. *annos intermedios. Reliqua vſq; ad finem Deuteronomij vltimo anno, videlicet* 40. *ab exitu contigerunt.* | *LYDI, Duce Tyrrheno, filio Atyis Lydorum regis, fame coacti, ex Aſia in Italiam migrarunt, & pulſis Vmbris, in Hetruria conſederunt, & vicino mari Tyrrheno nomen dederunt. Herodot. Lib.* 1. *pag.* 21. |

Moſe

| Anno Mundi | ECCLES. ISRA. | RES GRAECAE. |
|---|---|---|
| 2493 | *MOSES moritur anno ætatis 120. Deut. 34.* | *Frater Tyrrheni fuit Lydus, filius Atyis, à quo Lydia cum prius Mæonia diceretur, nominata eſt. Huius Lydi, & Atyis meminit Herodotus, pag. 2. & 20. & 212.* |
| 2493 | *IOSVA populum Iſraël, per ſiccum Iordanis alueum, in promiſſam terram Canaan, introducit. Ioſ. 3. 4. 5. Et deuictis Regibus, primis ſeptem annis Terram Canaan occupauit, vt apparet ex numeris annorum vitæ Caleb. Ioſ. 14. Poſtea terram ſingulis tribubus ſorte diſtribuit.* | |
| 2525 | *IOSVA moritur. Ioſ. 24. Includuntur autem anni ducatus Ioſuæ, & cæteri, quibus Iſraëlitæ regni Meſopotamiæ ſcribuntur ſeruiiſſe, in 40. annos Othonielis (qui Iudicum 3. annotati ſunt) vt congruant numeri cum ſumma annorum 480. qui ab exitu ex Ægypto, vſq; ad templum Salomonis elapſi eſſe ſcribuntur, 3. Reg. 6. Alioqui ſi om-* | |

nes numeri, qui Iudic. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 16. & 1. Reg. 4. extant, diſtincti in vnam ſummã colligantur, prodibũt præciſe anni 450. Qui à Paulo Actor. 13. numerantur, vbi tamen errato graphico τετρακοσίοις, pro τριακοσίοις ſcriptum eſſe eruditi quidam exiſtimant.

2533. *EHVD* præeſt Iſraelitis, annis 80. Iud. 3.

Huius Iudicis temporibus putant Hiſtoriam Michæ, Iud. 17. 18. & ſtuprum vxoris Leuitæ, Iud. 19. & deletionem tribus Beniamin accidiſſe viuo

IO, filia Inachi Regis Argiuorum circa hoc tempus à Phœnicibus rapta, & abducta eſſe putatur. Herodot. pa. 1. Aliqui ad tẽpora Patriarchæ Iacob raptum IO referũt, eamq; Oſiridi regi nuptã, Epaphũ, ſeu Apim genuiſſe exiſtimãt cuius Herodotus lib. 2. pagina 77. mentionem facit.

adhuc

| Anno Mūdi. | IVDICES. | RES GRAECAE. |
|---|---|---|
| | adhuc Phinees, nepote Aaronis. Iudic. 20. Ad eadem tempora referunt Hiſtoriam Ruth. | *EVROPA* Regis Phœnicum filia in Cretam, circa hoc tempus abducta eſt, Herodot. pa. 1. Et ab hac tertiam partē orbis Terræ nomen accepiſſe ſcribit libro 4. pagina 123. |
| 2613. | *DEBORA*, & *BARAC* annis 40. Iud. 5. | *CADMVS* literas, & doctrinas ex Phœnicia in Græciam intulit, & Thebas Bœotiæ condidit. Herodot. lib. 5. pag. 160. & lib. 2. pag. 156. lib. 4. pag. 140. |
| | | *PELASGI* à Cadmæis pulſi, ad Pindum, in finibus Epiri migrarunt, inde in Dryopida ad radices Oetæ montis reuerſi ſunt, pagina 10. Herodoti. |

*ERECHtheus Athenienſium Rex, cuius filiã in bello cõtra Eumolpum regem Thracum immolatam eſſe narrat Lycurgus, in oratione cõtra Leocratem.*

*Erichthonius*

*Pandion* — *Chione*

*ERECHTHEVS* (son of Pandion) — *Eumolpus rex Thracũ* (son of Chione)

Children of Erechtheus: *Cecrops* — *Procris nupta Cephalo amico Æaci, et Pelei.* — *Creuſa*

*Cecrops* → *Pandion,* — *Creuſa* → *Ion.*

Children of Pandion: *Ægeus* — *Niſus Megaræ, cum quo Minos bella geſſit.* — *Lycus, à quo Lycia nomen accepit. Herodoti lib. 1. pa. 36.*

*Ægeus* → *THESEVS, amicus Herculis, et hoſpes Oedipi exulis.*

*PERSEVS, filius Danaes, ducta Andromeda, filia Cephei, Regis Orientalis genuit filium Perſen, à quo PERSÆ nomẽ acceperũt. Herodot. lib. 7. pa. 211. 224.*

*Poſtea*

| Anno Mundi | IVDICES. | RES GRAECAE. |
| --- | --- | --- |
| | | Poſtea propè montem Parnaſſum, Scholam condidit, in qua poëtices, & Mathematum ſtudia floruerunt: Inde ungula equi ſui Pegaſi, dicitur fontem Muſarum aperuiſſe. |
| 2653 | GEDEON annis 40. Iud. 8. Vincit Madianitas ſonitu tubæ. Iudic. 7. Eſa. 9. Huic ſucceßit filius Abimelech 3. annis. | MINOS Cretenſium Rex, Europæ filius, latè in Creta & Inſulis Ægei maris regnauit. Herodot. pag. 35. lib. 1. & 108. lib. 4. Thucyd. pa. 1. 2. interfectus eſt in Sicilia, ad Camicum lib. 7. pag. 228. Herodot. Floruit τρίτῃ γενεῇ πρὸ τῶν τρωϊκῶν. pag. 229. Herodoti.<br><br>Frater Minois SARPEdon Lyciam occupauit. Apud hunc Lycus Pandionis filius, à fratre Ægeo pulſus diuertit, & Lycijs nomen dedit, cum antea Termilæ, & Solymi vocarentur. lib. 1. pag. 36. lib. 7. pag. 214. Herodoti.<br><br>SESOSTRIS, Ægypti Rex, Syriam, Phœnicen, Græciam, Thra- |

| Anno Mundi | IVDICES. | RES GRAECAE. |
| --- | --- | --- |
| | | ciam, & Æthiopiam ſuæ ditioni adiecit, & vbiq; columnas, & ſtatuas, victoriarum ſuarum monumenta, erexit. Herodot. Lib. 2. pag. 65. 66. |
| 2696 | *THOLA Iudex annis 23. Iudic. 10.* | *PELOPS Tantali filius ex Phrygia in Græciam venit, & Peloponneſo, quæ prius Apia dicebatur, nomen dedit. Herodot. lib. 7. pag. 202. Thucyd. lib. 1. pag. 2.* |
| 2719 | *IAIR annis 22.* | Hercules, Linus, Muſæus, Orpheus, *florent.* |
| | *His adduntur 18. anni, quibus ſeruierunt Ammonitis, vt compleatur numerus 480. annorum. 4. Reg. 6.* | Bellum Lapitharum cum Centauris. |
| 2740 | | *ARGONAVTARVM expeditio in Colchicam circa hoc tempus ſuſcepta eſt, cuius mentio fit pagina 139. lib. 4. Herodot. & raptus Medeæ, filiæ Æetæ Regis. pag. 1. Herodot. Hæc poſtea ad Arios transfugiſſe, & genti Medorum nomen dediſſe falſò putatur lib. 7. pag. 211.* <br> *Interfuerunt autem expeditioni Argonauticæ Principes Græciæ præci-* |

præcipui, IASON, filius Æſonis, ADMEtus Alceſtidis maritus, Peleus Achillis pater. Telamon Aiacis pater. Oileus. Talaus pater Adraſti Rex Argiuorum, Caſtor, & Pollux. Idas & LYNCEVS. Periclymenus frater Neſtoris. Acaſtus. Meleager Orpheus. Mopſus. Hercules, & alij, quorum nomina & familias Apollonius & Orpheus recenſent.

HERCVLES ex Omphale filia Iardani, circa hæc tempora, Alcæum genuit, à quo ſequentes reges Lydiæ, vſq; ad Candaulem propagati ſunt, per annos 505. Herodot. lib. 1. pag. 2.

| | | |
|---|---|---|
| | IVDICES. | ADRASTVS Rex Argyuorum, & Sicyoniorum ſocer Polynicis, & Tydei, natus ex Talao, & matre filia Polybi, Sicyoniorum regis, pag. 162. Herodoti. |
| 2750 | | OEDIPI TRAGOEDIA, & bellum Thebanum (quod Euripides in Phœniſſis breuiter deſcripſit) circa hæc tempora, geſtum |
| 2759 | IEPHthe Ammonitas vincit, anno 306. poſt exi- | eſt. Fit autem mentio Polynicis filij Oedipi. pag. 140. & 270. Herodoti. |
| 2762 | | HERACLIDÆ, cæſo in Attica Euryſtheo, in Peloponeſum, Hyllo duce, deſcēdunt. Sed cum Hyllus |

tum

| *Anno Mundi* | IVDICES. | RES GRAECAE. |
|---|---|---|
| | *tum. Iudic.*11.12 *præfuit ſex annos.* | *in Monomachia ab Echemo Tegeata interfectus eſſet: promittunt ſe intra centum annos non eſſe in Peloponneſum redituros. Herod. lib.* 9. *p.* 270. |
| | | Euryſtheo, *filio Stheneli, nepoti Perſei, in Attica interfecto, ſucceſſit in regno Argiuorum* ATREVS *auunculus. Thucyd. lib.* 1. *pag.* 2. |

Perſeus — Pelops

*Sthenelus* — *Aſtydamia.* — *Atreus*

*Euryſtheus* — *Agamemnon.*

| | | |
|---|---|---|
| 1765 | Abeſſam *ſeptem annis. Iud.* 12. | *HELENAM, Menelai regis Spartani vxorem rapuit Alexander filius Priami, Regis Troiæ. (Herodo.pag.*1.*) Cum autem aduerſis ventis in Ægyptum depelleretur Alexander, Helenam in Ægypto apud regem PROTEVM retenta eſt, donec poſt finem belli Troiani Menelaus eam reduxit. Herodot. lib.* 2. *pa.* 67. 68. |

ELON

| Anno Mundi | IVDICES. | EXCIDIVM TROIAE. |
|---|---|---|
| 2772 | ELON decẽ annis. Iudic. 12. | *BELLI TROIANI initium, Helena abſente in Ægypto pag.* 68. |
| 2782 | Abdō octō annis. | *TROIA propter adulterium Paridis euerſa eſt*, ὅπως καταφανὲς τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποις γένηται ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσι καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τοῦ θεοῦ. *Herodot. lib.* 2. *pag.* 68. |
| 2790 | Samſon *Iudex annis* 20. *Iud.* 16. | *Cum autem hic annus Mundi*, 2782. *quo Troiam à Græcis captam ponimus, fundamentum ſit præcedentis Chronologiæ Rerum Græcarum, quæ Belli Troiani tempora anteceſſerunt : breuem admonitionem inſeram quorum ſcriptorum teſtimonijs adductus, Excidium vrbis Troiæ ad hunc annum mundi* 2782. *retulerim. Nam præcipui, & grauiſſimi authores Dionyſius Halicarnaſſeus, Diodorus Siculus, Sempronius Romanus, Trogus Pompeius, Strabo, & Velleius Paterculus conſentibus* |
| 2810 | Heli *Sacerdos* 40 *anis.* 1. *Reg.* 4 | |

*entibus ferè ſuffragijs affirmant, vrbem Romam annis 430. poſt Troiæ excidium à Romulo conditam eſſe.*

*Certum eſt autem conditam eſſe Romam annis 750. ante natum Chriſtum, anno mundi 3212. qui in annum decimum Achas regis Iuda incidit. Hinc ſi retro numeres annos 430. incidet Excidium Troiæ in annum mundi 2782. quo Abdon populum Iſraël iudicare cœpit, annis 108. ante Dauidem regem.*

*Hoc anno excidij Troiani accuratè conſtituto, intelligi aliquo modo poteſt, ad quæ mundi tempora Hiſtoriæ Io, Europæ, Medeæ, Helenæ, quarum in prima ſtatim pagina Herodotus mentionem facit: Item Cadmi, Minois, Oedipi, Theræ, Minyarum, Argonautarum, & cæteræ vetuſtiores pertineant.*

*Teſtimonia autorum, quos nominaui, nota ſunt. Nam & apud* Dionyſium *libro ſecundo diſertè hic numerus ponitur, & quidem, ne caſu eum excidiſſe putemus, ter repetitur.*

Diodorus Siculus *initio libri 14. à capta Troia, vſq; ad finem belli Peloponneſiaci, & captas à Lyſandro Athenas, numerat annos 779. Sunt autem captæ Athenæ Olymp. 94. ſeu anno Mundi 3561. Hinc ſi retrò numeres, & 779. annos ſubtrahas, incidet Excidiũ Troiæ præciſe in annum mundi 2782.*

*Idem Diodorus Siculus in principio lib. 19. ab excidio*

*Troiæ*

*Troiæ, vſque ad principium Regni Agathoclis, ponit annos* 866.

*Cœpit autem Agathocles regnare Syracuſis, cum Romæ L. Plotius, & M. Fuluius Coſſ. eſſent, anno Mundi* 3648. *Hinc ſi demas annos* 866. *excidium Troiæ præciſe incidet, in annum mundi* 2782.

Semporinus *ſcribit certò compertum eſſe, quòd ab Ænea, & Troia exciſa, per tempora Regum Latinorum, vſq; ad Romulum regem iam creatum, effluxerint anni circiter triginta, & quadringenti.*

*Idem ex* Strabonis *lib.* 5. *pag.* 159. *colligi poteſt, vbi Amulij & fratris Numitoris hiſtoriam, annis* 400. *poſt Albam ab Aſcanio conditam, accidiſſe narrat.*

Trogus Pompeius, *quem Iornandes citat, Cyri bellum aduerſus Tomyrin, Maſſagetarum Reginam, annis* 630. *poſt Troianum bellum, ſcribit ſuſceptum eſſe. Is numerus in nonum annum Samſonis Iudicis incidit.*

Vellei Paterculi *verba ſunt. Sexta Olympiade poſt duos & viginti annos, quam prima conſtituta fuerat, Romulus Martis filius vltus iniurias aui, Romam vrbem Parilibus in Palatio condidit, à quo tempore ad te M. Vinicium conſulem anni ſunt* 785. *Id actum poſt Troiam captam annis* 437.

*Hæc teſtimonia, quæ conſentientibus ſententijs multorum ſcriptorum, plures quàm 400. annos inter Troiæ finem, & Romæ initium numerant, ſequi malui, quàm vnicum Virgilij locum, qui in primo Æneid. Ioui hunc ſermonẽ affingit:*

*At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo*
*Triginta magnos voluendis menſibus annos*
*Imperio explebit, regnumq́ à ſede Lauini*
*Transferet, & longam multa vi muniet Albam.*
*Hic iam ter centum totos regnabitur annos,*
*Gente ſub Hectorea, donec regina ſacerdos*
*Marte grauis, geminã partu dabit Ilia prolem.*

*Quod ſi hos Virgilij numeros, quibus Liuium etiam vſum apparet, ſequi aliquis volet, annos colliget à condita Alba, vſq; ad natum Romulum, & Remum 300. Hi condere Romam incipiant anno ætatis ſuæ 21. inter Lauinium, & Albam conditam interfuerunt anni 30. Æneam tertio anno poſt captam Troiam, Lauinium in Latio condidiſſe communis ſententia eſt. Sed Virgilius eum ſeptimo anno adhuc apud Didonem fuiſſe narrat, quare octauo, aut nono demum anno in Italiam venit.*

Erunt

*Erunt igitur iuxta hanc Virgilij computationem, à capta Troia, ad Romæ initium, anni 360. ita excidium Troiæ in annum Mundi 2852. incidet, qui eſt annus triceſimus octauus, ante Dauidem regem, ad cuius tempora integram belli Troiani Hiſtoriam aliqui referunt.*

*Sed his relictis ſeriem temporum & hiſtoriarũ vetuſtiorum, quæ in ſacris literis, & Herodoto, ac Thucydide, ſparſim añotatæ ſunt, pertexam.*

| *An. mũ* | IVDICES. |
| --- | --- |
| 2842. | |
| 2850. | *SAMVEL & SAVL populum Iſraël rexerunt 40. annis. Act. 13.* |
| 2859. | *DAVID naſcitur.* |
| 2860. | |

*Anno 60. poſt captam Troiam* Boëtij *ex Arne vrbe Theſſaliæ pulſi, Bœotiam occuparunt. Thucyd. lib. 1. pag. 3.*

*MINYÆ à Pelaſgis ex Lemno pulſi, & à Lacedæmonijs recepti, tempore Samuelis Prophetæ: ac poſtea in carcerem coniecti, vxorum ſuarum ingenioſa Philoſtorgia, & fide, ex carcere & periculo mortis liberati ſunt. Herodot. lib. 4. pag. 140.*

*Paulò poſt THERAS filius Auteſiones, auunculus Euryſthenis, & Proclis, regum Laconicorum, Minyas & alios, ex Lacedæmone du-*

*xit in Calliſten Inſulam, quæ ab eo Thera nominata eſt. Ab his ortus eſt Battus filius Polymneſti, qui Cyrenen in Africa condidit. Herodotus lib. 4. pag. 140.*

*Hercules*
*Hyllus*
*Cleodæus*
*Ariſtomachus*

*Oedipus*
*Polynices*
*Therſander*
*Tiſamenus*
*Auteſion*

*Temenus à quo Reges Macedonici originem traxerunt. Herod. pa. 293. lib. 8.*

*Ariſtodemus pag. 182. lib. 6. Herodot.* — *Argeia*

*Theras tutor filiorum Ariſtodemi.*

Procles, Euryſthenes.

*Ab his duæ familiæ Regum Laconicorum ortæ ſunt, de quibus prolixè Herodotus lib. 6. pag. 182.*

*Anno Mundi 2862*

*HERACLIDÆ, cum ab Euryſtheo primum, & deinde ab Atridis, ex auito regno Argiuorum excuſsi eſſent, tandem circa hoc tempus in Peloponneſum deſcenderunt, & Tiſameno filio*

lio

lio Oreſtis, Spartæ, ac Mycenarum rege, & Nelidis Pyli, Meſſeniæ dominis, & nepotibus Æſculapij ex Epidauro pulſis, Spartam, Argos, Meſſenen, &c. occuparunt. Anno 80. poſt excidium Troiæ, Thucyd. lib. 1. pag. 3.

NELIDÆ ab Heraclidis pulſi, Athenas ſe contulerunt, & Pæonidarum & Alcmæonidarum familias condiderunt. Imò etiam Piſiſtratus à Nelidis ortus fuit, & à filio Neſtoris nomē accepit, lib. 5. Herodo. pag. 161. & lib 1. pag. 31. lib. 9. pag. 283.

| Anno Mūdi. | REGES IVDAICI. | |
|---|---|---|
| | | Iones etiam aliqui ex Achaia à Tiſameno pulſi, Athenas fugerūt. |
| 2886 | | CODRVS Melanthi filius ex Pylo oriundus, Rex Athenarum, annis 21. Huius mentio fit apud Herodot. lib. 5. pag. 161. & lib. 1. pag. 31. & lib. 9. pag. 283. |
| 2890 | DAVID rex an̄is 40 2. Reg. 5. Gad et Nathan Prophetæ, 1. Reg. 22. 2. Reg. 12. | |
| 2896 | | IONES duce Neleo, Androclo, & cæteris Codri filijs in Aſiam migrarunt, & duodecim vrbes: Epheſum, Miletum, Myuntē, Prienen, Colophonem, Lebedum, Teum, Clazomenas, Phocæam, Samum, Chium, & Erythræas, in minori Aſia, & vicinis Inſulis con- |
| 2898 | Vrbs Ieroſolyma, q̄ à Iebuſæis adhuc tenebatur, à Da- | |

| Anno Mundi | REGES IVDAICI. | R. GRAEC. |
|---|---|---|
| | uide capta eſt. 2. Reg. 5. | diderũt annis 522. antequam à Cyro victi ſunt. Herodot. lib. 1. pag. 31. Pauſanias in Achaicis pag. 163. 164. Strabo lib. 14. |
| 2900 | Promiſsio de CHRISTO ex ſemine DAVID ſecundum carnem orituro, 2. Reg. 7. 1. Paral. 17. edita annis ante natũ Chriſtum 1760. | |
| 2910. | Lapſus Dauidis circa hoc tempus accidiſſe putatur. | Prophetæ σύγχρονοι. |
| | Ammon ſtuprat ſororem Thamar, 2. Reg. 13. | Nathan Propheta, 2. Reg. 7. 12. 1. Paral. 17. |
| 2914 | Biennio poſt Abſalon interfecit Ammon, & fugit in Geſſur. | Aſaph author duodecim Pſalmorum, à 72. vſq; ad 82. & 49. 1. Paral. 25. |
| 2917 | Poſt tres annos redit Ieroſolymam, ubi manet duobus annis priuſquam in cõſpectum patris rediret, 2. Reg. 14. | Heman nepos Samuelis Prophetæ, 1. Paral. 25. |
| 2920. | SEDITIO Abſolonis aduerſus patrem (2. Reg. 15. poſt aanos 40. ſcilicet, poſtquam Saul reiectus, & | Idithum. 1. Paral. 25. |

| Anno Mundi | REGES IVDAICI. | Prophetiæ σύγχρονοι. |
|---|---|---|
| | *Dauid in regem vnctus eſt.* | |
| 2930. | *SALOMON Rex* 40. *annis* 3. *Reg.* 11. | |
| 2934. | Templum *cœpit à* Salomone *ædificari, anno* 480. *poſt exitum ex Ægypto, anno ante natum Chriſtum* 1028. | Ahias *Silonites.* 3.*Reg.*11. 14 |
| 2970 | *ROBOAM filius Salomonis, Rex Iudæ, annis* 17. 3. *Reg.*14. 2. *Paral.* 12. | Semeias, 2. *Paral.* 11. |
| 2987. | *ABIA Rex Iuda* 3. *annis,* 3. *Reg.* 15. 2. *Paral.* 13. | Addo *Propheta,* 2.*Par.*13. 9. 12. |
| 2990 | *ASA Rex Iudæ* 41. *annis,* 3. *Reg.* 15. 2. *Par.* 14. 15. 16. | Azarias 2. *Paral.*15. |
| 3000. | Medium mundi *Ter mille anni à Mundo condito, complentur anno* 10. *Aſæ.* | Anani, 2. *Paral.* 16. |
| 3022. | *Vrbs* Samaria *condita eſt ab Amri rege Iſraël.* 3. *Reg.* 16. | |
| | 17 | 24. Alcibiades redit Athenas, pag. 437. |
| | | Lyſander & Cyrus conueniunt Sardibus, pag. 438. |
| 3560. | 18 | 25. Callicratidas Dux Laced. nauali prælio vincitur ab Athenienſibus ad Arginuſas prope Leſbum, pag. 444. 445. |
| | | Duces Attici optime meriti, ab ingrato populo |

| Anno Mundi | | CHRONOL. XENOPHONTIS. BELLI PELOPONNESIACI. |
| --- | --- | --- |
| 3560. | ARTAXERXIS MNEMON. | *populo interfecti, Socrate ſolo repugnante, pag.*446. |
| | | 26. *Cyrus à patre Dario in Perſiam reuocatur, pag.*452. |
| 19. | | Dionyſius *filius Hermocratis, Syracuſarum regnum obtinet, annis* 38. |
| 3562. | | 27 Lyſander vincit Athenienſes ad Ægos Potamos, ἑλλην. β. *pag.* 454. *& obſidet Athenas pag.* 455. *& deditæ vrbis muros demolitur, p.* 458. *año* 780. *poſt captã Troiam (Diod. Sic. lib.* 14.) *annis ante natum Chriſtum,* 400. |
| 3563. | 2 | 28. *TRIGINTA TYRANNI Athenis graſſantur, pag.* 458. 459. |
| | *Olymp.* 94. *pag.* 458. | *Theramenis mors, pag.*467. |
| 3564. 3. | | *Thraſybulus eiectis* 30. *Tyrãnis recuperat Athenas, cõniuẽte Pauſania rege Laconico, pa.*448.473. ἀμνηστίαν *ſancit,* 475. |
| | | *Cyri* ἀνάβασις *aduerſus fratrem, quam Xenophon ſeptem libris deſcripſit.* |
| 3565. | 4 | *Xenophon reuerſus, copias Thymbroni adiungit.* ἑλλην. γ. |

| Anno Mundi | ARTAXERXIS MNEMON. | CHRONO. XENOPHONTIS. Græciæ poſt captos à Lyſandro Athenas. |
|---|---|---|
| 3565. | | Socrates *interficitur.* |
| | | *Dercyllidas Dux Laced. in Aſia Græcas ciuitates defendit contra Perſas, pag.* 479. 480. |
| 3567. | | Ageſilaus *in Aſia cum Perſicis Ducibus bellum feliciter gerit, pag.* 492. 496. |
| | | *Interea Rex Perſicus pecunia corrumpit præſides vrbium Græcarum, vt Lacedæmonijs domi bellũ inferant. pag.* 498. |
| | | Lyſander *ad Aliartum Bœotiæ interfectus, pag.* 499. 501. |
| 3570 | 9. | Ageſilaus *ex Aſia reuocatur, pa.* 508. |
| | 10. | *CONON adiutus à Perſis, & Euagora, vincit Laced. ad Cnidum, pag.* 513. |
| | 11. | *Et muros Athenarum inſtaurat, pag.* 532. |
| | 12. | Thymbron *ad Epheſum, &* Thraſybulus *ad Aſpendum Pamphyliæ, interfecti, pag.* 534. 537. |
| 3576 | 15. | *PAX ANTALCIDÆ Spartani opera ab Artaxerxe impetrata, in qua vrbes Ionicæ Perſis ſubijciuntur* ἑλλην. ε. *pag.* 545. — *ROMA Gallis capta, Anno vrbis* 365. |

Bellum

*Anno Mundi* | *ARTAXERXIS MNEMONIS.*

3577. Græciæ poſt captas à Lyſandro Athenas.

*Bellum Artaxerxis, & Euagoræ Cypri Regis.*

17. *Mantinæa capta à Lacedæmonijs. pa.* 547.

20. *Phœbidas Dux* Lacedem. occupat Cadmæam *arcem Thebanam, pa.*552.

*ARISTOTELES natus Olymp.* 99.

23. *Olynthus à Laced. occupata.*

*Thebani exules recipiunt Cadmæam. pag.* 561.

25 *Sphodrias dux Laced. irritat Atbenienſes tentato Pyræco, pag.* 564.

26 *Ageſilaus dux contra Thebanos.*

Timotheus *filius Cononis, dux Athe nienſium fortunatus, pag.* 572.

27 *Pax inter Græcas ciuitates ab Artaxerxe facta excluſis Thebanis.*

3590 29 *Helice, & Bura terremotu ſubmerſæ.*

3592 31. Prælium *ad LEVCTRA, in quo Cleombrotus Rex Laced. ab Epaminonda cæſus eſt,* ἑλλην. ς. *pag.* 588. *die* 5. *Iunij: anno* 30. *poſt captas Athenas: anno* 36. *ante initium Alexandri Magni.*

*3 Olymp. 102.*

| Anno Mundi | | | |
|---|---|---|---|
| | ARTAXER. MNEMONIS. | | Græciæ poſt captas à Lyſandro Athenas. |
| 3594 | | | Iaſon *Pheræus, inter Theb. & Laced. pacem facit, pag. 592.* |
| | | | *Mantinæi patriam inſtaurare conantur, ſed impediti ab Ageſilao, accerſunt Epaminondam, qui ad vrbem Spartam accedit.* |
| | | | *Meſſene inſtauratur.* |
| | | | *Pelopidas pacem cum Alexand. Macedonum rege faciens, accipit obſidem Philippum fratrem Alexandri.* |
| | | 34 | *Dionyſius Syracuſ. Tyrannus moritur.* |
| | | 35. | *Succedit* Dionyſius iunior 12. *annis, apud quem Plato aliquantiſper vixit.* |
| | | 36 | *Legatio Græcorum ad Artaxerxem, cuius princeps Pelopidas, pag. 622.* |
| | | 38. | *Pelopidas in Theſſalia ab Alexandro Pheræo interfectus.* |
| 3600 | | 39 | Prælium ad Mantinæam, *in quo Epaminondas victor, cæſus eſt, pag. 647.* |
| 3601. | | 40. | *Iones Phœnices, & Ægyptij deficiunt à Perſis.* |
| 3602 | OCHVS. | | *Ageſilaus ex Ægypto reuertens, obijt.* |
| | | | *Alexander Pheræus vincit Athenienſes ad Peparethum.* |

Philip-

Anno Mundi 3604 Olymp. 105.

## PHILIPPI REGIS MACED.

*PHILIPPVS Rex Macedoniæ, pater Alexandri Magni, 24. annis.*

2. *Vincit Pœonas, & Illyrus.*

3. *Bellum Sociale Athenienſium contra Chi-os, Coos, Rhodios, &c.*

*Amphipolis, Potidæa, Pydna, & vrbs Philippi, à Philippo capta.*

4. *Alexander Pheræus, ab vxore Theba, Iaſonis filia, interficitur.*

3608. Olymp. 106.

5. *DION, Platonis amicus, Syracuſas occupat, eiecto Dionyſio.*

*Bellum SACRVM, ſeu Phocenſe, propter Templum Delphicum à Phocenſibus ſpoliatum.*

6. *Philomelus dux Phocenſium vincit Locros, poſtea victus à Bœotijs, de rupe ſe deiecit.*

*Dion in Sicilia interfectus.*

8. *Onomarchus Bœotios & Theſſalos vincit, poſtea à Philippo victus, in Theſſalia ſuſpenditur.*

9. *Phayllus frater Onomarchi tribus prælijs victus à Bœotijs.*

10. *Ochus Sidonem vrbem deleuit, & Ægyptum recepit.*

13. *Olynthus à Philippo capta.*

## PHILIPPI REGIS MACEDONIAE.

3617 14. *Thebani accerſunt Philippum ad delendos Phocenſes.*

15. *Phocenſes dedunt ſe Philippo.*

16. Timoleon *Corinthius Syracuſas liberat.*

17. *Philippus Illyricum vaſtat, & Theſſaliam à Tyrannis liberat, Olymp.* 109.

*Ariſtoteles Alexandrum Magnum erudire cœpit.*

18. Dionyſius Corinthi *exulat.*

19. *Obijt Arymbas auus Pyrrhi Epirotæ. Succeſſit Alexander Olympiadis frater.*

*Alcetas*

*Arymbas* — *Neoptolemus*

*Alcetas* — *Æacides* — *Alexander* — Olympias *vxor Philippi Macedonis.*

PYRRHVS.

3623 20. *Perinthus, & Byzantium à Philippo obſidentur.*

*Phocion Euboeam liberat.*

21. *Timoleon magno prælio Chartaginenſes in Sicilia vincit.*

*Philip-*

*Anno Mundi* 3625

## PHILIPPI REGIS MACED.

*Philippus à Senatu Amphictyonum ad reprimendos Amphiſſenſes vocatus, occupat Elatæam.*

23. Prælium ad Chæroneam, *in quo Athenienſes & Thebani victi.*

*Eadem die, ſeptima Iulij, in Italia Archidamus Rex Spartanus, qui Tarentinis opem tulerat, cæſus eſt.*

24. *Philippus Imperator Græcorum delectus Corinthi: initio ſequētis anni interficitur à Pauſania ſatellite.*

## ALEXANDER MAGNVS.

3628. *Olymp. 111.*

1. *Illyrios & Triballos vicit, & Sirmum Getarum regem cepit.*

*Vrbem THEBAS, quæ præſidium Macedonicum eiecerat, euertit, & ſolo æquauit.*

2. *Traduxit exercitum in Aſiam, & Perſicas copias ad* Granicum *profligauit.*

*Et vrbem Sardes, Miletum, & Halicarnaſſum expugnauit.*

3. *Prælium ad* Iſſum *in Cilicia, in quo Mater, vxor, & filiæ Darij, captæ ſunt.*

4. *Tyrus obſeſſa, & ſeptimo menſe capta.*

3631 *Alexander iratus ad Ieroſolyma accedens, placatur à Iaddo, & immunitatem Iudæis tribuit.*

5. *Occupat Ægyptũ, & condit Alexandriam.*

6. Prælium ad Arbela, *in quo Darius tertiò victus eſt, die 26. Augusti.*

## 3634 INITIVM MONARCHIÆ GRÆCORVM.

*Anno ante natũ Chriſtum,* 328.

7. *Occupata Babylon, Perſepolis. Darius in fuga obijt interfectus à Beſſo.*

8. *Alexander mutat mores: indulget luxui: interficit Parmenionem, & Philotam.*

9. *Petram Aornon expugnat. Taxiles Indorum Rex dedit ſe Alexandro.*

10. *PORVS Indorum Rex vincitur.*

*Harpalus fugit in Græciam.*

11. *In Olympijs mandato Alexandri conceſſa eſt omnibus exulibus facultas redeundi in patriam.*

12. *Mortuus Hepheſtion.*

*Alexander audit Legationes omnium gentium. Curat funus Hepheſtionis, & paulò poſt moritur.*

*Arri-*

*Anno Mundi 3640.*

# SVCCESSORES ALEXANDRI MAGNI, & RES GRAECAE.

1. *Arridæus Alexandri frater Rex creatur. & adiungitur ei Perdiccas Tutor. Ptolemæo, Ægyptus: Antipatro, Macedonia: Antigono, Aſia: Seleuco, Syria, & Babylonia obtigit.*

*BELLVM LAMIACVM ab Atbenienſibus, & Ætolis motum, in quò tandem Athenienſes ab Antipatro ad Carnonem victi, vrbem dediderunt, & præſidium in Munichia receperunt.*

2. *Alexandri corpus in aureo curru Alexandriam delatum eſt.*

3. *Antipater, Craterus, Antigonus, Ptolemæus coniungunt ſe contra Perdiccam, & Eumenem.*

*Craterus ab Eumene cæſus eſt.*

*Perdiccas in Ægypto à ſuis equitibus interfectus eſt, ἄρξας ἔτη. γ.*

6. *Caſſander filius Antipatri occupat Athenas, & præficit Demetrium Phaleræum.*

*Phocion damnatus à vulgo bibit Cicutam.*

7. *Arridæus Alexandri frater ab Olympiade capitur, & necatur.*

8. *Caſſander Macedoniam inuadit, & Olympiadem, Roxanem, & filium Alexandrum capt, & interficit.*

*Eume-*

Eumenes ab Antigono interfectus.

3648 8. THEBÆ à Caſſandro inſtauratæ, anno 20. poſtquam ab Alexandro deletæ erant.

9. Seleucus metuens Antigonum, fugit ad Ptolemæum in Ægyptum.

14. Ptolemæus victo Demetrio, Syriam occupat.

Seleucus Babylonem recipit.

15. Agathocles ad Himeram à Chartag. victus. Hercules filius Alex: & Barſinæ necatus.

3655. 16. Demetrius Athenis libertatem reſtituit, eiecto præſidio Macedonico, & euerſa Munichia anno 15. poſt Bellum Lamiacum.

Olymp. 118.

Eodem anno Demetrius prælio Nauali vicit Ptolemæum ad Cyprum.

20. Demetrius Rhodum obſidet: & bellum non cum Artibus, ſed cum hoſtibus gerit.

21. Corinthus à præſidio Caſſandri liberata per Demetrium.

3662. 23. Nouum fœdus inter Caſſandrum, Ptolemæum, Seleucum, Lyſimachum initur aduerſus Antigonum, & Demetrium.

24. Antigonus in prælio prope Epheſum cæſus, anno ætatis 80. Huic ſuccedit in Aſia Demetrius filius.

Antipa-

| Anno Mundi | MACEDONIAE. |
|---|---|
| 3666. | *Antipater, & Alexander filij Caſſandri mutuis Parricidijs graſſantur annis 4.* |
| 3670. | *DEMETRIVS ab Alexandro accerſitus regnat in* Macedonia *annis 7. interfecto Alexandro: anno 31. Ptol. Lagi.* |
| 3677. | Pyrrhus rex Epirotarum *tenet Macedoniam 7. menſes: Pellitur à Lyſimacho, qui eam 7. annos tenuit.* |
| | *Hunc interfecit Seleucus: Seleucum Ptolem. Ceraunus. Hunc Celtæ. Tandem ad Antigonum Demetrij filium Macedoniæ Regnum redijt anno Mundi 3686.* |

| | AEGYPTI. | SYRIAE. | ROMAE |
|---|---|---|---|
| 3680. | 2. *PTOLEMÆVS* Philadelphus *ſuccedit Patri.*<br><br>*Ptol. Ceraunus victor paulò poſt à Celtis in Macedoniã in Fuſis cæſus* | Demetrius *dedit ſe genero SELEVCO regi Syriæ, qui anno ætatis 77. interficit* Lyſimachum, *& 7. menſe pòſt ipſe à Ptolem. Cerauno fratre Phil. ad Lyſimachiam interficitur.* | Pyrrhus *Rex Epirotarum, cũ Romanis bellum gerit, Anno mundi, 3682. 3683.* |

*eſt. an-*

| Anno Mūdi | AEGYPTI. | SYRIAE. | ROMAE |
|---|---|---|---|
| 3684 | eſt, anno 109. poſt Romam captam. | 2. Antiochus Soter, filius Seleuci, annis 19. | Initium primi Belli Punici, anno 22. Ptol. Phil. anno Mundi 3700. |
| | Viri docti Ptolemæo Philadelpho familiares. | | |
| | Callimachus. | | |
| | Demetrius Phaleræus. | | |
| | Theocritus Poëta. | | |
| | Aratus Solenſis. | | |
| 3703. | Apollonius. | 3. Antiochus Θεὸς annis 15. | |
| | Bion. | | |
| | Eratoſthenes. | | ARAtus Sicyonius patriam recipit, & Dux Achæorum conſtituitur. |
| | Conon. | Habuit ſecundam uxorem Berenicen, filiam Ptol. Philad. Dan. 11. | |
| | Hipparchus. | | |
| | LXXII. Interpretes Biblia in linguam Græcam tranſtulerũt, añ0 3694. | | |
| | Ioſephus lib. 12. cap. 2. | | |
| 3716. | 3. Ptol. Euergetes annis 26. multas ci- | | |

uitates

| Anno mundi | AEGYPTI. | SYRIAE. | MACEDONIæ. | ROMAE. |
|---|---|---|---|---|
| 3718 | uitates Seleuco in Syria ademit. | 4. SELEVCVS Callinicus annis 20. occidit nouercam Berenicen. | | ARSACES Parthus Orientis Imperium occupat, excuſſis Seleuci poſteris. |
| 3722 | IESVS filius SYRACH tempore Euergetis Eccleſiaſticũ ſcripſit. | Inde ortum bellum inter Seleuc. & Ptol. fratrem Berenices. Bellum inter Seleucum & fratrem Antiochum Hieracem. | Demetrius annis 10. Antigonus Doſon. 12 Hunc Aratus in Peloponneſum accerſiuit contra Cleomenem Regem Laced. | 511. Finis primi Belli Punici. 514. Tertio poſt anno natus ENNIVS. |
| 3741 | | 5. ANTIOCHVS Magnus annis 36. | | |
| 3742 | 4. Ptol. Philopator annis 17. | | | 521. CATO natus. |

Ceſſit

| Anno mūdi. | AEGYPTI. | SYRIAE. | MACEDONIAE. | ROMAE. |
|---|---|---|---|---|
| | Ptol. Philop. | *Geſsit bellum infelix cum Ptol. Philop. & Epiphane.* | *PHIlippus rex Maced. annis* 44. | *Viridomarus Celtarum rex à Marcello victus.* |
| 3747 | 6. | 7. | 4. | 536. *BELLVM PVnicum II. ab Hañibale motum año poſt mortem Alexandri* 108. *quod Liuius Dec.* 3. *deſcribit.* |
| 3759 | 5. *Ptol.* Epiphanes *annis* 24. *à Romanis defenſus cōtra Antiochum.* | *Filia Antiochi Cleopatra, Ptol. Epiphani nupta.* | *Veneno necauit* Aratū *patrem & filiū.* | *Næuius. Plautus. ENNIVS florent.* |
| | | | 20. | 552. *Finis Belli Punici II.* |
| | | *Hannibal fugit ad Antiochum.* | 22. *Bellum Macedonicum Philippi, quem adiuti ab Attalo, Romani vincunt.* | |

*Antio-*

| Anno Mundi | SYRIAE, ET IVDAEAE. | AEGYPTI. | ROMAE. |
|---|---|---|---|
| | Antiochus Magnus. | | *GRÆCIÆ libertas reſtituta per T. Quintium Flaminium. Decad. 4. lib. 3. Liuij.* |
| | 33. *Antiochus à Romanis primum in Græcia, deinde in Aſia victus, & tota minore Aſia cis Taurum priuatus eſt.* | 51. | 562. Bellum cum Antiocho *ſuſceptũ.* |
| 3777 | 7. Seleucus *Philop. Antiochi filius, Syriæ Rex, annis* 12. | | *Liuius Tragœdiarum Scriptor.* |
| 3789 | 8. *ANTIOCHVS EPIPHANES annis* 12. | 6. *Ptol.* Philometor *annis 35. defenſus à Romanis, cum ei Ant.* | *PERSEVS vltimus Rex Macedoniæ, annis 11. infert bellum Romanis.* |
| 3795 | *Prima profectio Ant. in Ægyptũ, unde reuerſus ve-* | | |

| Anno Mundi | SYRIAE, ET IVDAEAE. | AEGYPTI. | ROMAE. |
| --- | --- | --- | --- |
| 3795 | nit Ieroſolyma, & ſpoliat templum. 1. Macc. 1. | Epipha. auunculus Regnum erepturus eſſet. | |
| 3797 | Secunda profectio in Ægyptum, vnde pulſus à Popilio legato Rom. redit Ieroſolymam, & arcem Sion occupat, & Idolum Iouis Olympij in templo ponit. | | Perſeus à L. Æmylio Paulo victus, & Macedonia in Prouinciæ formã redacta eſt. |
| 3800 | TEMPLVM à Iuda Maccabęo receptum die 25. Nouembris. 1. Macc. 4. | | |
| | 9. ANT. Eupator, filius Epiphan. annis 2. 1. Mac. 6. | | Cæcilius. |
| | 10. Demetrius Soter, filius Seleuci Philop. annis 10. 1. Macc. 7. | | Terentius. |
| | Nicanor dux Demetrij à Iuda Maccab. victus 13. Februarij. 1. Macc. 7. | | |

Iona

| Anno Mundi | SYRIAE, & IVDAEAE. | AEGYPTI. | ROMAE. |
|---|---|---|---|
| | Ionathas *frater Iudæ Maccab. vincit Bacchidem. 1. Macc. 9.* | *Ptol. Philometor filiam Cleopatram tradit Alexãdro. 1. Macc. 10.* | |
| 3813. 3816. | 11. Alexander *filius Epi. nothus, añis 5. 1. Macc. 10.* | | 604. BELlum Punicum III. *anno 56. poſt finem ſecundi.* |
| | 12. Demetrius Nicanor, *Demetrij filius, Annis 2. 1. Macc. 10.* | | 608. *CHARTAGO deleta à Scipione Africano Iuniore.* |
| 3820. | Ant. Sedetes *Demetrij frater à Trypho ne adiutus, regnat annis 3. 1. Macc. 11.* | 7. Ptol. Euergetes, *qui* & Phyſcon *annis 29.* | *Eodem anno* Bellũ Achaicum *in Græcia geſtum,* & Corinthus *à L. Mumio deleta eſt.* |
| | Tryphon *interfecto Antiocho annis 3. 1. Macc. 13.* | | |

| Anno Mũdi. | SYRIAE, ET IVDAEAE. | AEGYPTI. | GRAECIAE, & ROMAE. |
|---|---|---|---|
| | *Arx Sion à Simone recepta.* 1. *Macc.* 13. | Ptol. Phyſcon. | Paccuuius *Tragœdiarum Scriptor, &* Accius *poëta floruerunt.* |
| | *Antiochus filius Demetrij pellit Tryphonem.* 1. *Macc.* 15. | | 620. Numantia *in Hiſpanijs deleta.* |
| 3830. | Iohannes Hircanus, *filius Simonis, dux Iudææ annis* 31. 1. *Macc.* 16. | | 621. Tiberius Gracchus *legem agrariam tulit, & à Satureio Tribuno Pl. interfectus eſt, anno* 70. *ante Ciceronem Cos.* |
| | *Tres Sectæ in populo Iudaico ortæ.* Phariſæi. Saducæi. Eſsæi. | | 625. *Nouæ leges à Carbone & Graccho Trib. pl. latæ. Quas cum vehementiſ. diſſuaſiſſet Sci-* |

*Deme-*

| Anno Mundi | SYRIAE, & AEGYPTI. | ROMAE. |
| --- | --- | --- |
| | | pio, mane inuentus eſt in cubiculo ſuo mortuus. |
| 3838. | Demetrius Nicanor, à Parthis dimiſſus, iterũ regnat. | 633. C. Gracchus, & Fuluius occiſi à L. Opimio Coſ. anno 8. poſt mortem Scipionis. |
| 3844 | Antiochus Gryphus Demetrij filius, 29. annis. | |
| 3847 | 8. Ptol. Lathurus annis 17. | 643. Bellum Iugurthinum cœpit. |
| 3854 | | 947. Iugurtha captus. |
| 3859. | | 648. Belli Cimbrici initium. |
| 3861. | Ariſtobulus Rex Iud. anno 1. | CICERO natus, die 3. Ianuarij. Et Pompeius 30. Septembris. |
| 3862 | Alexander frater Ariſt. | 650. C. Marius Coſ. 2. Dux belli cõtra Cimbros. |
| 3864 | annis 27. | |
| | 9. Ptol. Alexander cũ matre, 10. annis. | 652. Archias Poëta Romam venit. |

| Anno Mundi | AEGYPTI. | VRBIS ROMAE. |
| --- | --- | --- |
| 3865 | | 653. *Cimbri victi.* |
| | | 654. Metellus Numidicus *in exilium ſeceßit: Quia Saturnino legem agrariam ferenti reſtiterat.* |
| | | *Sequenti anno reuocatur.* |
| | | 662. *P. Rutilius vir ſummæ innocentiæ, damnatus.* |
| | | *Druſus Trib. Pl. fert ad populum, vt Iudicia ab Equeſtri ordine ad Senatum ex parte transferantur: & populis Italiæ ciuitatem promittit.* |
| 3874 | Ptol. *Lathurus reuerſus 8. annis.* | 663. *Huic aduerſatur Cos. Philippus.* |
| | | *Hoc anno* Tres Dialogi de Oratore *habiti eſſe finguntur à Cicerone.* |
| | | *BELLVM SOCIALE.* |
| 3875 | | 664. Cicero *in forum venit, & Iuri ciuili operã dat. De Clar. Orat.* |
| | | 665. *Fuit Tyro in exercitu Cn. Pompeij patris, ut ipſe narrat Philippica 12.* |
| | | 666. *L. Corn. SYLLA COS. delectus ad bellum aduerſus Mithridatem Ponti Regem.* |

Sulpi-

| *Anno Mundi* | AEGYPTI. | VRBIS ROMAE. |
|---|---|---|
| 3877 | | 666. *Sulpitius Orator Trib. Pl. à Sylla interfectus. Marius vrbe expulſus.* |
| | | Cicero *Philonem Academicum Romæ audiuit. De Clar. Orat.* |
| | | 667. *Cinna COS. à collega eiectus Mario ſe adiungit, & occupata Roma, M. Antonium Oratorem, Q. Catulum, C. Cæſarem, Octauium COS. & alios trucidant.* |
| | | *Sylla Athenas expugnauit, Cal. Martij.* |
| | | *Cicero Moloni Rhodio Romæ operam dat.* |
| 3882. | 10. *Ptol.* Auletes *pater Cleopatræ, Rex annis* 30. *Huius mētio fit in prima Epiſtola Ciceronis* | 668. *Marius obijt* 17. *Ianuarij.* |
| | | *Sylla Mithridatem vicit.* |
| | | 672. *Marij filius Q. Scæuolam, Pont. Max. interficit.* |
| | | *Sylla victo Mario urbem Romam recipit.* |

Cicero P. *Quintium defendit coram Aquilio Gallo Iudice.*

3884. | 673. *SYLLA DICTATOR Remp. legibus conſtituit, anno 18. ante Ciceronem Conſulem.*

Oratio pro S. Roſcio *à Cicerone habita, anno ætatis 26. De Clar. Orat.*

675. Cicero *in Græciam profectus eſt, & Athenis Antiochum Acad. & Demetrium Syrum Orat. audiuit.*

676. *Sylla mortuus.*

Cicero *peragrata Aſia, ſummis Oratoribus: Menippo, Dionyſio, &c. & in Rhodo, Moloni operam dedit. De Clar. Orat.*

3889. *Alexandra regina Iudæorum 9. annis.*

679. Cicero Quæſtor.

680. *L. Lucullus Coſ. qui poſtea feliciter contra Mithridatem pugnauit.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3895. | 684. *Cn. Pompeius Coſ. Tribunos pl. reſtituit.* | *Actiões in* Verrem *hoc anno habitæ.* | Virgilius *poëta natus.* |
| | 685. *Hortenſius Orator* COS. | Cicero Ædilis. | |

*Q. Metel-*

3897. 686. Q. Metellus Cretam ſubegit. Bellum Pyratarum à Pompeio confectum.

Cicero Prætor

687. Pompeius Imp. ad bellum Mithridaticũ delectus. Orationem pro L. Manilia habuit.

Hyrcanus & Ariſtobulus fratres in Iudæa varijs vicibus regnant.

3900. 689. Mithridates à Pompeio victus. Pomponius Atticus ex Græcia Romam rediјt.

690. Syria in prouinciam redacta. Horatius Poëta natus.

3902. 691. CICERO Conſul. Cæſar Prætor. Ieroſolyma à Pompeio capta, anno 60. ante natum Chriſtum. Epiſtolæ Ciceronis ad Atticum deinceps continuam hiſtoriã pertexunt.

Orationes Ciceronis contra Seruilium Rullum, de lege Agraria, pro C. Rabirio. in L. Catilinam, pro Murena, &c. habitæ.

Catilina interfectus menſe Decembri.

3904. 693. Pompeij Triumphus 30. Septembris. Q. Cicero in Aſiam profectus.

3904 *P. Clodius, in feſto Bonæ Deæ, domi Cæſaris deprehenſus.*

694. *Cæſar reconciliat Craſſum, & Pompeiũ.*

695. C ÆSAR COS. *Iuliam filiam Pompeio deſpondit.*

696. *BELLVM GALLICVM à Cæſare inchoatum.*

Cicero in exilium eiectus.

697. *Reuocatur decimo menſe. Habet Orationes ad Senatum, & Quirites, ad Pontifices, & pro Domo ſua.*

| | |
|---|---|
| 698. *L. Martius Philippus COS. Vitricus Auguſti.* | *Conuentus Lucæ, de quo in longa Epiſtola ad Lentulum.* |

3910. 699. *Cn. Pompeius. II. M. Craſſus. II.* } COSS.

700. *M. Craſſus templum Ieroſolymitanum ſpoliat, & à Parthis interficitur.*

701. *Clodius à Milone interfectus.*

| | |
|---|---|
| 702. Cn. Pomp. III. *COS. ſolus.* | Oratio pro Milone *habita 8. Aprilis.* |

3913. *Lex lata, vt ratio abſentis Cæſaris in petitione conſulatus haberetur, aduerſante Catone, ſed propugnante Cæſarem Pompeio.*

Cicero *ſit Agur.*

703. Seruius Sulpitius *Cos. ad quem ſunt Epiſtolæ Ciceronis, lib. 4. poſtea ſcriptæ.*

Cicero *in prouinciam* Ciliciam *profectus eſt, menſe Iunio.*

704. Curio *Trib. Pl.*

3916. 705. *BELLI CIVILIS initium.*

*Cicero pridie nonas Ianuarij Romam reuertitur.*

*M. Antonius & Q. Caßius Trib. Pleb. vrbe pulſi ad Cæſarem fugiunt.*

*Cæſar Pompeium ex Italia pellit, & Hiſpanias, ac Maſſyliam occupat.*

706. *Prælium Pharſalicum.*

*Pompeius in Ægypto interfectus. 1. Octobris.*

707. Cæſar Dictator *toto anno.*

*Liber de claris Oratoribus, & Orator, & Philoſophici libri, De*

| Anno Mundi | ROMAE. | VITA CICERONIS. |
|---|---|---|
| | 708. *Bellum Africum. Cato Vticæ ſibi mortem conſciuit.* | *Finibus, Academ. Tuſculanæ Quæſtiones, De* Natura *Deorum, &c. hoc belli ciuilis tempore ſcripti ſunt. Vide ad Atticum lib.13. & Exordium lib.2. de Diuin.* |
| | 709. *Cæſar vicit S. Pompeium ad Mundam.* | |
| 3921 | 710. Iulius CÆSAR *interfectus à coniuratis, die* 15. *Martij, anno ante natum Chriſtum* 42. | *Liber* De Officijs *à Cicerone ſcriptus poſt interfectum Cæſarem: vno anno ante mortem Ciceronis. lib.* 15. 16. *ad Atticum.* |
| | 1. *Cæſaris hæres & ſucceſſor in Imperio fuit C.* Octauius *AVGVSTVS.* | *Nauigaturus in Græciam aduerſis ventis in Italiam repellitur. In eo itinere ſcripſit* Topica *ad Trebatium.* <br> *Poſtea Romam redijt.* |
| 3922 | 2. Prælium ad Mutinam, *in quo Antonius profligatur.* | Orationes Philippicę in M. Antonium *habitæ.* |
| | Octauius & | |

Q. Pe

3922. Q. Pedius interfectis conſulibus ſuccedunt.

Cicero cum compleuiſſet annum ætatis 63. proſcriptus ab Antonio, & fugiens ad mare, per Popilium interfectus eſt. Caput & manus amputatæ pro roſtris affixæ ſunt. Fuluia vxor Antonij linguam ex interfecti capite extractam aciculis pupugit.

Circa finem anni, Octauius Cęſar, M. Antonius & M. Lepidus reconciliati hoſtes ſuos proſcripſerunt, & Triumuiri ſuo arbitratu omnia egerunt.

712. 3. M. Brutus & Caſſius ab Octauio & Antonio ad Philippos victi, ſibi ipſis mortem conſciuerunt.

3924 713. 4. Octauius Cæſar Claudiam Fuluiæ ex P. Clodio filiam repudiat, & ducit Scriboniam: ex qua Iulia ipſi nata eſt.

L. Antonium Marci fratrem ad Peruſium vincit.

Parthi à Labieno incitati, duce Pacoro Regis Orodis filio Syriam occupant, & Antigonum Ariſtobuli filium in Iudæam reducunt: pulſo Herode, qui Romam fugit.

| Anno Mundi | A.V. | IMPERII ROMANI. |
| --- | --- | --- |
| | | Poſt interfectum Iuliū Cæſarem. |
| 3925. | 714. | 5. *HERODES* Rex Iudeæ *deſignatur, anno 37. ante natum Chriſtum.* |
| | 715. | 6. *Cum S. Pompeio Pax facta, vt Siciliam, Sardiniam, & Achaiā quinquennium teneret, & de Paternis opibus 1550000. aureorum reciperet, &c.* |
| | 716. | 7. *Cæſar LIVIAM, viuo priore Marito Tib. Nerone, & grauidam, vxorem ducit. Tertio menſe poſt Cl.* Druſus *ex Liuia natus eſt.* |
| | 717. | 8. *Bellum inter Cæſarem, & S. Pompeiū vario euentu geſtum.* — *Herodes adiutus à Soſio, Ieroſolymam expugnat.* <br> *Antonius cū Parthis bellū gerit.* |
| | 719. | 10. *S. Pompeius ex Sicilia pulſus fugit in Aſiam, vbi à Titio Antonij Duce interfectus eſt.* |
| | 721. | 12. *Antonius Octauiam Cæſaris ſororem repudiat.* <br> *Cæſar Auguſtus, Antonium, & Cleopatram, ad Actiū, vincit. 2. Septembris.* |
| | 722. | *AVGVSTVS ſolus* Imperium *Romanum regit.* |

*Pompe-*

3932. Poſt interfectum Iulium Cæſarem.

Pomponius Atticus año ætatis 77. obijt, anno 10. poſt mortem Ciceronis.

13. *Antonius & Cleopatra ſibi ipſis mortem conſciuerunt.*

14. *Auguſtus ex profectione Aſiatica Romam redijt, & triumphauit. Templũ Iani clauſit.*

3942 22. *Auguſti morbus lethalis, quo ab Antonio Muſa Medico liberatus eſſe putatur.*

24. *Auguſtus filiam Iuliam M. Agrippæ collocat.*

*Poſtea in Græcia Reſpublicas conſtituit, & Sami hybernat.*

25. *In Aſia prouincijs præſides imponit, & rurſus Sami hybernat.*

*Caius nepos Auguſti naſcitur.*

3946 26. *Redit Romam.* *Virgilius poëta obijt.*

*Lucius nepos Auguſti naſcitur.*

35. *Octauia ſoror Auguſti mortua.*

36. *Druſus COS.*

3958 38. *Mecœnas Auguſti Conſiliarius obijt.*

3962 42. *FILIVS DEI DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS ex Virgine Maria naſcitur.*

# IN LECTIONEM
## THVCYDIDIS.

DVO ſunt ſtudiorum fines: & totius gubernationis vitæ humanæ organa, & ornamenta præcipua: quæ apud Thucydidem Pericles nominat, γνῶναι τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα: Rectè de rebus omnibus cognitu neceſſarijs ſentire, ac iudicare: Et ea, quæ ſentias, commodè, & perſpicuè eloqui, & alijs explicare.

Vt igitur in omni cuiuſcunq; Autoris boni, ita in Thucydidis etiam Lectione, initio conſtituendum eſt: Quam inde vtilitatem & fructum referre poſſimus, tum ad Σύνεσιν, ſeu Rerum cognitionem, et formandum Iudicium, tum ad δύναμιν ἑρμηνευτικὴν, ſeu facultatem propria, & perſpicua oratione res animo conceptas exponendi. Plurimum autem ad vtrunq; ſtudiorum finem, THVCYDIDIS Hiſtoria conducit.

Nam Σύνεσιν πολιτικὴν, ſeu ſapientiam gubernatricem Reipublicæ, ac Imperiorū, & doctrinā de multis vitæ conſilijs, & actionibus prudenter, ac rectè inſtituendis, quam Philoſophiæ pars ea, quæ Moralis, ſeu Ethice & Politice vocatur,

*catur, tradit: Thucydides non orationibus tan-
tummodo, & ſententijs grauiſsimis, verum etiam
inſignibus conſiliorum, ac euentuum Exemplis,
illuſtrat: Quæ multò efficatius, quàm nuda præ-
cepta, hominum animos ad omnem poſteritatem
mouent, & percellunt. Eſt enim* HISTORIA
*ſapienter ſcripta, verè* κτῆμα ἐς ἀεὶ ξυγκείμε-
νον, *vt Thucydides nominat, h. perpetuus the-
ſaurus exemplorum: & pictura ac theatrum to-
tius vitæ humanæ, ad omnia mundi tempora con
gruens: In quo, ut natura hominum eadem ma-
net, ſic ingenia, mores, negocia, occaſiones, conſi-
lia, euentus, errata etiam, & flagitia, ac ſcelera
eadem perpetuò durant. Perſonæ tantum ad A-
ctores fabulæ ſingulis ætatibus noui ſuccedunt.
Planè igitur expreſſa, & illuſtris imago eſt Thu-
cydidis Hiſtoria, præſentium in Germania ne-
gociorum, voluntatum, conſiliorum, conatuum,
confœderationum, cupiditatum augendæ poten-
tiæ, & explendi priuata odia prætextu religio-
nis,* σχημάτων πολιτικῶν τοῦ λόγου, *tumul-
tuum, & bellorum ciuilium, & triſtiſsimarum
calamitatum, quæ bella, præſertim inteſtina, ſo-
lent comitari. Suſcepit autem Thucydides*
BELLI PELOPONNESIACI *Hiſto-*

*riam ex profeſſo deſcribendam: Quod occaſione*
*fœderis Athen. cum Corcyræis, & ambitione, ac*
*odio, & pertinacia Periclis aduerſus Megaren-*
*ſes, & Laced. initio motum: & varijs ac mul-*
*tiplicibus vltrò, citroq́ acceptis calamitatibus*
*geſtum, tandem hunc finem habuit, vt 27. belli*
*anno, vrbs Athenarum à Lyſandro capta muris*
*nudaretur, anno ante Chriſti natalem, 400.*
*Poſt Troiam euerſam, 780. Ac tota huius bel-*
*li hiſtoria, inſignis concio eſt, tum de ira Dei, &*
*pœnis iniuſtarum cupiditatum, & ſcelerum hor-*
*rendis: tum de multis conſiliorum, & vitæ rectè*
*riteq́ degendæ Regulis. Ciuile bellum, quod*
*inter ſe ciuitates Græcæ geſſerunt, non modò vr-*
*bem Atticam, ſed totius Græciæ potentiam, &*
*virtutem funditus euertit. Omni igitur cura, &*
*cōtentione Bella inteſtina, quæ* πάντων ἄισχι-
στα, καὶ χαλεπώτατα, καὶ ἀνοσιώτατα, ἔχθι-
στα τε θεῷ, καὶ ἀνθρώποις εἰσι, *omnes boni fugi-*
*ant, & deteſtentur. Athenienſes implicati fœ-*
*dere Corcyræorum, quod facilimè declinare po-*
*tuiſſent, mouent bellum Peloponneſiacum, in quo*
*& Corcyræi inteſtinis ſeditionibus, & Athenien-*
*ſes hoſtili impreſſione, interierunt: Vt hac noſtra*
*etiā ætate fœdera infida, ac infelicia, vtriſq́ exi-*
*tialia fuiſſe vidimus. Pericles ſuperbia & perti-*

nacia, ne Lacedæmonijs etiã in re parui momẽti cedere videatur, et odio Megarenſiũ implacabili, Ciues ſuos ad bellum nõ neceſſarium inflammat. Alcibiades cæca & iuuenili ambitione, & leuitate, poſtea bellum in Siciliam transfert, & in Græcia inſtaurat. Hæc exempla de cauſis horribilium bellorum, & calamitatum cauendis, & nõ mouẽdis bellis, aut vllis rebus non neceſſarijs, et de communi illa Regula admonent:

Feceris haud quidquam, niſi quod feciſſe neceſſe eſt:
Quamq́; dedit, norma eſt vna ſequenda, Deus.

Ac ſimiles ſententiæ, & Regulæ vitæ ſapientiſſimæ, in ſingulis ferè orationibus Thucydideis, multò neruoſiores, et plures, quàm in plerisq́; Philoſophorum diſputationibus recitantur. Eoq́; etiam omnibus Latinis hiſtoriæ Scriptorib. Græci antecellunt, quòd plures in his, & ſapientiores, de conſilijs politicæ gubernationis, & cauſis mutationum, & calamitatum publicarum, commonefactiones, & maiori eloquentia, & pluribus exemplis illuſtratæ, extant. Complexus eſt autem Thucydides, in ſingulis libris, aliqua inſignia, & ſplendida exempla, & hiſtorias obſeruatione & memoria dignas: quæ illuſtri ſpecie, & ſplendore ſuo mentes legentium allicerent.

*PRIMVS LIBER, poſt Exordium, quo magnitudinem Belli Peloponneſiaci collatione veteris Græciæ bellorum amplificat: Occaſiones & cauſas Belli Peloponneſiaci orti ex fœdere Corcyræorum, & Athenienſium aduerſus Corinthios, & obſidione Potidææ, & excluſione Megarenſium à portu Attico, exponit. Deinde Hiſtoriam 50. annorum, qui inter finem Belli Xerxis, quod Herodotus deſcripſit, & initium Belli Peloponneſiaci interſunt, breuiter commemorat. Poſtremo, Legationem Laced. quæ Athenienſibus, etiam religionis prætextu, bellum indicit: & memorabiles hiſtorias, de duorum Græciæ liberatorum, Pauſaniæ, & Themiſtoclis, interitu: & huius etiam ſapientiæ Encomium illuſtre, & admirandum, recitat.*

*SECVNDVS Liber, trium primorum Belli Peloponneſiaci annorum Hiſtoriam, Peſtilentiæ Atticæ deſcriptionem, & Pericleæ autoritatis, & eloquentiæ Encomium nobile, & deditionem Potidææ, ac victoriam Phormionis continet.*

*TERTIVS, Defectionem Leſbiorum ad Laced. & deliberationem Athenienſium, de occidendis Leſbijs, poſtquam à Pachete recepti erant: Item deletionem vrbis Plataeenſium: eruditiſſimam* Seditionis Corcyræ *deſcriptionem: Inſulæ Deli expiationem: & ſemina Belli Siculi poſtea ſecuti, recenſet.*

*QVARTVS, Anni 7. 8. & 9: hiſtoriam: obſidionem Pyli: mortem Artaxerxis Longimani, finem ſeditionis Corcyrææ: pacem Siculam, & Braſidæ ducis Laconici res in Thracia feliciter geſtas, complectitur.*

*QVINTVS, Prælium Braſidæ Lacedæmonij, & Cleonis Attici ad Amphipolin, in quo ambo Duces, anno belli*

*belli decimo, interfecti ſunt: & formulam fœderis 50. annorum inter Græcos ſanciti, recitat: vnà cum hiſtoria ſex annorum, & 10. menſium, quibus ſolis induciæ durarunt.*

*SEXTVS, Siciliæ deſcriptionem: & deliberationes de Bello Siculo: & Alcibiadis defectionem ad Lacedæmonios, comprehendit.*

*SEPTIMVS, Cladem Athenienſium, & Niciæ miſerabilem in Sicilia.*

*OCTAVVS, Mutationem Democratiæ Athenienſis in ſtatum quadringentorum, & Alcibiadis reditum ad claſſem Atticam, & felix prælium nauale Thraſybuli ad Abydum deſcribit, & vſq; ad 21. belli Peloponn. annum peruenit: A quo Xenophon incipiens* παραλειπόμενα, *vſq; ad captas à Lyſandro Athenas, & ſequentium 40. annorum Bella Græca, ferè vſq; ad Philippi Macedonis initium, attexit.*

*Adiungent autem ſtudioſi, Hiſtoriæ Thucydideæ, etiã Plutarchi Periclem, Niciam, & Alcibiadem. Et primo potiſſ. Thucydidis libro, & hiſtoriæ 50. annorum à Xerxis fuga, vſq; ad belli Peloponn. initium, lucem adferent Themiſtoclis, Ariſtidis, ac Cimonis vitæ, in quibus non exempla tantummodo conſiliorum, ac virtutum, & euentuum multa, & illuſtria integrè exponuntur: verumetiã plerumq; ad Regulas, ſeu* Γνώμας, *quæ ſunt normæ actionum vitæ, accommodantur. Atq; hæc prima & præcipua Hiſtoriæ Thucydideæ vtilitas eſt, quòd* Σύνεσιν πολιτικὴν, *ſeu Sapientiam gubernatricem Rerumpublicarum, & communis vitæ, præceptis, & Exemplis inſignibus inſtruit, & confirmat. Simul verò etiam* Δύναμιν ἑρμηνευτικὴν, *ſeu dicendi facultatem, & Eloquentiam. quæ alter ſtudiorum noſtrorum finis eſt, auget, & locupletat.*

*Etſi enim Demoſthenis oratio diſſimilis eſt Thucydideæ: tamen huius Hiſtorici ſapiētiam, δεινότητα, grauitatem, acumen, & neruoſam, ac verè preſſam orationem tantopere admiratus eſt Demoſthenes, vt Thucydidem ſua manu octies deſcripſerit. Ita enim poſteritatis memoriæ traditum legimus à Luciano πρὸς ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον.*

*Eſt autem* Preſſa oratio,*quæ paucis verbis res multas complectens, propria, breuis, anguſta, neruoſa, conferta rebus, verborum numerum ferè ſententiarum numero conſequitur. Qualis fuit ſapientis illius Antiquitatis βραχυλογία τις λακωνική, vt Plato ait: ſeu, vt Marcellinus, in qua, τῶν λέξεων οἱ νόες πλέονες. Hæc in orationibus Thucydideis potiſſimum conſpicitur, in quibus tanta, grauiſſimarum rerum & ſententiarum, & adeò anguſtè coarctata compreſſio eſt, vt nimia breuitate, & acumine ſint interdum ſubobſcuræ. Narrationes verò rerum geſtarum pleræq́, non modò prudentes, ſeueræ, graues, verumetiam ſatis perſpicuæ, faciles, & planæ ſunt: niſi quòd crebræ Enallagæ partium, ſpecierum, generum, caſuum, numerorum, & Hyperbata, ac συγχύσεις, & verba quædam inuſitatiora, & compoſitio verborum aſpera, & confragoſa, difficultatem, & caliginem aliquam nonnullis in locis inducunt. Itaq́ non immeritò Argyropylus, cum Thucydidem Romæ prælegeret, & Capnionem, Philippi Palatini Legatum, audiret perſpicuè locum ipſi à ſe propoſitum interpretari: exclamauit, Græciam ſuo & cæterorum Græcorum exilio, Alpes etiam tranſuolaſſe.*

*Vita Thucydidis à Marcellino, & Aphthonio in opuſculis græcæ editioni præfixis deſcripta eſt. Cumq́ Athenis natus eſſet, quam vrbem ipſe Ἑλλάδος παίδευσιν nominat,*

*patria*

patria ipſa docuit eũ μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρα τε ἔργων.
Itaq; non modò orator bonus fuit, verumetiam exercitum
duxit in Thracia, vbi cum tardius obſeßis Amphipoli ci-
uibus ſuis opem ferret, poſtea in exilium miſſus eſt, vt ip-
ſe narrat, pag. 113. & 127. Complectitur autem hiſce octo
libris continuam ſeriem Hiſtoriæ annorum 70. à fine bel
li Xerxis, ſeu anno Mundi 3486. vſq; ad 21. annum bel-
li Peloponneſiaci, incidentem in annum Mundi 3556. qui
eſt ante natalem Chriſti 406. Quod ad meam imbecilli-
tatem attinet: fateor me, dum hunc Autorem explicandũ
ſuſcipio, onus multò maius ſubire, quàm virium mearum
infirmitas latura ſit. Sed cum noſtri muneris ſit, Iuuentu-
tem ad ſtudia linguarum Eccleſiæ neceſſaria, & ad opti-
mos Autores ac magiſtros, tum intelligendi, tum dicendi
inuitare: & Herodoti Hiſtoriam, quem è veſtigio ſequi-
tur Thucydides, integram abſoluerim: iuuante Deo, in
Thucydide etiam interpretando, ſi nihil aliud, attamen di
ligentiam & fidem Auditoribus probabo. Et lætor hanc
ipſam à me in poſtrema Herodoti lectione promiſſã Thu-
cyd. enarrationem, mouiſſe alios eruditiores, vt inter-
pretationem Thucydidis à D. Præceptore Philippo, ante
multos annos traditam, nunc pluribus communicare, &
in lucem proferre tandem velint. Filium Dei, fontem
omnis ſapientiæ, & doctrinæ ſalutaris ex animo precor,
vt lucem veræ Euangelij doctrinæ, & ſtudia linguarum,
& artium, quæ Eccleſiæ ipſius neceſſariæ ſunt, clementer
in hac Baltici litoris Sareptula ſeruet, & tueatur. Thu-
cydidis prælectionem, Deo iuuante, inchoabo cras
hora ſexta. Datum Roſtochij, die 12.
Aprilis. Anno 1562.

David Chytræus.

1010978